



Universitätsbibliothek Paderborn

Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibus Singlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

Tomás <de Jesus>

Coloniæ Agrippinæ, 1684

Liber Primvs, Fidei divinæ naturam, & proprietates, & quomodo justus ex fide vivat, exponit.

urn:nbn:de:hbz:466:1-38621

plenius demonstrabitur, fides sit substantia & alimentum, quo in huius exilij peregrinatione sustentamur, & pharos lucidissima, portum futurae gloriae communitrans: & non solum ad excellentissimam deducat divinorum mysteriorum cognitionem, sed insuper & vitam largiatur supernaturalium veritatum comprehensionem, adeoque animam quasi cibo quodam suavissimo, ac nutrimento vere divino deliciofissime oblectet, & oblectando saluberrime pascat. Et quandoquidem iusto DEI iudicio tot homines ob multitudine peccatorum a via declinaverunt salutis, quia neglectis charitatis operibus, & utraque rerum sacrarum expensione, ignem, lumenque veritatis male custodito mori permiserunt, nihil profecto presentibus necessitatibus efficacius succurrere poterit, quam si Fidei ignem istum & lucem per praxin, operumque DEO placentium exercitationem, excitemus & vivificemus: In qua re una vita perfectioque Iusti sita est, ut Propheta ait: Iustus in fide sua vivet.

Est enim fides generalis medicamentorum omnium spiritualium officina, robur debilitatis nostrae, sanitatis fomentum, augmentum gratiae, conservatio vitae, spirituale oculorum collyrium, praestantissimum vulneribus emplastrum, ac contra omnia morborum genera theriaca universalis. Et hoc est, quod deinceps in decursu Libri huius Deo dante trademus.

LIBER PRIMUS,
Fidei divinae naturam, & proprietates, & quomodo iustus ex fide vivat, exponit.

C A P V T I .

Quid sit Fides divina?



Tea, quae in hoc Tractatu dicenda sunt, melius intelligantur, Primum declaranda videtur ipsius fidei natura, modi, & differentiae. Fides divina est lumen supernaturale a Spiritu sancto intellectui nostro infusum, eum ad credendum omnibus, quae Scriptura sacra, & S. Ecclesia nobis proponit, efficacissime inclinans, majori modo cum certitudine, quam si cernerentur oculis, & palparentur manibus. Sicut namque habitus charitatis voluntatem nostram movere ad Deum super omnia diligendum, licet eum nequaquam videamus; ita & fidei divinae habitus inclinatur intellectum, ad credendum articulis fidei, licet eos naturali rationis acie comprehendere, aut discursu attingere, nullo modo valeamus.

Luculenter indubitam hanc fidei certitudinem demonstrarunt Sancti Christi D. N. Martyres, inter quos simplices, & idiotae multi, ut & mulieres, sine ullo scientiae Theologicae adminiculo, solo isto fidei divinae habitu, seu luce ista interiori Spiritus sancti, tam animose & constanter persequuntur in firmissima certitudine & cognitione veritatis, ut pro ea tradiderint corpora, catenasque suas, ignibus assanda, & in frustra concidenda.

Sciendum porro, quod & S. Thomas docuit 2. 2. q. 8. a. 2. dupliciter res in sacra Scriptura ad fidem pertinere. Primum directe: ut mysterium sanctissimae Trinitatis, Incarnationis, & Eucharistiae: Altero modo, indirecte; (prout Theologi loquuntur.)

quae intellectus nostri capacitatem non excedunt, quas tanquam per Scripturam divinam revelatas credimus quidem, nihilominus tamen facile eas intelligimus, & comprehendimus: ut Christi Domini nativitatem in stabulo, passionem, mortem, resurrectionem: verum mysteria directe ad fidem pertinentia non solum credimus, quia ea non videmus; Sed insuper, quia omnem sensuum nostrorum vim subterfugientia, & omnem intellectus nostri capacitatem exsuperantia, solo divinae veritatis nituntur testimonio.

Quo ex principio bifariam Theologi fidem divisere: in Speculativam, quae intellectum elevat ad cognitionem DEI, & altissimarum perfectionum divinarum, & augustissimae Trinitatis, Incarnationis, aliorumque similibus mysteriorum, quam ideo speculativam vocant, quia in sola luce, & speculatione subsistit.

Alteram practica est, cognitionem DEI rerumque divinarum ad operationem dirigens, cum, ut inquit S. Hieron. ad Hebr. biam, Fidem ad animam & huiusmodi convertimus; de qua S. Paulus ad Coloss. 1. Orantes & postulantes, ut impleamini agnitione voluntatis eius in omni scientia, & intellectu spirituali: ut ambuletis dignè DEO per omnia placentes: in omni opere bono fructificantes & crescentes in scientia Dei: in omni virtute confortati, secundum potentiam claritatis eius, in omni potentia & longanimitate. Fides haec nobis facem praebet, ut curamus viam mandatorum & consiliorum divinorum, ceterarumque virtutum, & exercitiorum, quibus magis magisque appropinquemus DEO, notque inclinatur, ut divinae voluntati in omnibus obtemperemus.

Plures aliae supersunt fidei divisiones, ut in fidei vivam & mortuam; de qua in sequentibus hoc eodem libro: nunc aperuisse iudicatis, nos isto Tractatu de fide divina agere, in quantum.

Oper
T
O

tum inclinatur, & movet nos ad certissimè credendum omnibus, quæ DEUS sive per sacram Scripturam, sive Ecclesiam suam sanctam (quæ vulgariè *Verbum Dei* appellantur) nobis credenda proponit.

Ista fidei notione universa complectimur, tum supernaturalia, vim omnem intellectus nostri excedentia, ut Sanctissimæ Trinitatis, Incarnationis Filii DEI, aliaque similia arcana: tum etiam alia in Scripturis sacris comprehensa, quæ nequaquam intellectus humani aciem excedunt: qualia sunt, quæ ad nostram instructionem, & doctrinam divinitus inspirata & conscripta sunt: ut vitia esse detestanda, amandas virtutes.

De his igitur omnibus, utroque modo ad fidem pertinentibus, hoc *Tractatus* dicturi sumus; quandoquidem ambabus istis fidei partibus iustus alatur, ac enutriatur, ut postea explicabitur.

CAPVT II.

Fidem divinam parte sui præcipua eorum esse, quæ omnem humanæ mentis intelligentiam superant.

Fidei divinæ ratio & essentia in hoc proprie, & præcipue consistit, quòd ea, quæ omnem sensum, & intellectum humanum excedunt, luce superniori credenda proponat.

De sensibus animæ interioribus; quòdque fides eos omnes excedat. §. 1.

Sensus autem non solos quinque illos intelligimus exteriores; satis enim manifestum est, angustos & corporeos nimis esse, ut iis fidei divinæ natura constringatur, sed & sensus quinque interiores: nam ut D. Augustinus, & ipsa experientia docent, mens hominis interior, parti eum exteriori proportionata, quinque etiam sensibus à materiæ corporisque contagio secretis utitur, spiritaliter videndo, audiendo, gustando, odorando, tangendo, quos ex sacra Scriptura percensere licebit. De visu habemus Deuteronomii

Deut. 32. Videte, quòd ego sim Solus. De auditu: audi Plal. 44. filia & vide. Plal. 44. De gustu: Gustate & respicite, quoniam suavis est Dominus. Plal. 33. De odoratu: Curremus in odorem unguentorum tuorum. Cantic. 1. Ac denique de tactu: Venter meus intremuit ad tactum ejus. Cant. 5.

Pulchre de intellectualibus istis animæ sensibus S. August. l. 1. confess. c. 6. *Quid autem amo, quando te amo? non speciem corporis, non decus temporis, non candorem lucis, ecce isti amicum oculis, non dulces melodias cantilenarum omnimodarum, non florum & unguentorum & aromatum suaveolentium, non manna & mella, non membra acceptabilia carnis amplexibus. Non hac enim amo Deum meum: & tamen amo quandam lucem & quandam vocem, & quandam odorem, & quandam cibum, & quandam amplexum, cum amo Deum meum, lucem, vocem, odorem, cibum, amplexum, interioris hominis mei: ubi fulget anima mea, quod non capit locus, & ubi sonat, quod non rapit tempus, & ubi olet, quod non spargit flatus, & ubi sapit, quod non immittit edacitas, & ubi haret, quod non divellit satietas. hoc est, quod amo, cum Deum meum amo. Spirituales igitur ani-*

Thom. à Iesu Oper. Tom. 2.

me visus in Deo lucem invenit serenissimam; auditus; harmoniam jucundissimam; olfactus, odorem suavissimum; tactus, amplexum inestimabili voluptate dulcissimum.

Verum enimverò actus Fidei divinæ omnem sensuum istorum cognitionem supervolant, infra enim ipsam est, quidquid intellectus videre, voluntas complecti, gustare aut experiri potest. Objectum namque Fidei præcipuum est DEUS, prout in se est, ad quod nequaquam attingere potest lumen ullum naturale, quantumvis præclarissimum. Etenim, ut docuit S. Dion. à S. S. Dion. Thom. citatus cap. 1. de divinis nominibus, omnibus ipse (nimirum DEVS) est universaliter incomprehensibilis, neque sensus est ejus, neque phantasia, neque opinio, nec ratio, nec scientia: Et S. Gregor. homil. 14. in Ezechielem, ubi allegans Gregor. locum Isa. 6. Vidi Dominum sedentem super solium excelsum & elevatum, & ea, quæ sub ipso erant, replebant templum, subiungit: Quicquid de illo modo conspiciatur, adhuc non est ipse, sed sub ipso est.

De sublimitate Fidei supra omnem actum intellectus, & de cognitione Dei per negationem. §. 2.

Colligit insuper ex his S. Thom. 2. 2. qu. 8. s. Th. 2. art. 7. *Quòd tantò in hac vita Deum perfectius cognoscimus, quòd magis intelligimus eum excedere, quòd magis intelligitur. Quæ cognitio, Fidei divinæ actus est, ut ibidem S. Doctor docet, quo supra omne id, quod de Deo intelligere, ac concipere possumus, aliquid altius inintelligibile, & inconceptibile intelligimus; unde intellectus obscura ista fidei cognitione illustratus, remanet in doctissima quadam ignorantia, quam Theologi cognitionem Dei per negationem nuncupant. Si igitur attentius prædicta discutiamus, ibi exordium reperimus fidei, ubi est operationum humanarum fastidium & complementum.*

Rem familiaris exemplo demonstrabimus: Cognoscit aliquis de DEO, quòd sit bonus, omnipotens, iustus, &c. gustat & videt, quàm suavis est Dominus, multaque alia sublimia, de Deo cognoscit. Sed fides divina altius progrediens, docet DEUM, quem sic cognoscimus, & gustamus esse supra omne id, quod de eo cognoscimus, & gustamus: quæcumque namque Deo intelligendo attribuimus, angustæ sunt, & limitatæ similitudines perfectionum quarundam divinarum: Sed ipsum, quod DEUS est, superaugustissimum est, & infinite omnes creaturæ limites superexcedens.

Simili quodam modo ad declarandam angelicæ naturæ essentiam, forma, qua possunt præstantissima, juvenem depingunt alatum, &c. Ita cum volumus divinæ Essentiæ comprehendere Majestatem, quidquid magnum aut perfectum inter hos reperitur, ad Deum atollimus, & perfectiores creaturarum Creatori attribuentes, magnam quid Deo nos præstitisse, magnaque de Deo sensisse existimamus: verum sicut Angeli natura supra omne id est, quod pictura corporalis exprimere potest, sic omnes istarum creaturarum laudum similitudines, omnemque perfectionem, aut magnitudinem, quam ratione effingere possumus, infinite exsuperat DEUS, atque hoc excessu suo terminat supernaturalis fidei cognitionem.

A 7 Altif.

IESU

spirit.

Altissimus hic DEUM cognoscendi modus idem planè est, quia à S. Dionysio pluribus locis dicitur *Cognitio divinarum tenebrarum*: mystéria enim directè ad fidem pertinentia; ut SS. Trinitatis, Incarnationis, Eucharistiæ, eo ipso aliter cognoscere non possumus, nisi intellectus nostri tenebras ad divini Solis splendorem caligantis ingrediamur. Nam teste S. Basilio præmio de vera fide: *li, qui Dei beneficio ampliorem quam cateri, cognitionem sunt consecuti, maximè intelligunt, quam sapientia omnem cuiusque ad ipsam comprehendendam captum exuperet.* Consonat & S. August. egregia hæc, quam habet *Serm. 1. de Trin.* sententiã, *Credo quod nescio, & propterea scio, quia me scio nescire, quod nescio*: Sic in his Fidei nostræ arcibus plus ille scit, qui minus intelligit, nondum enim in vita hæc mortali ea intelligendi tempus advenit.

Basilius proem. 1. de vera fide.

S. Aug. Serm. 1. de Trin.

Deliciare hic anima mea, & gaude gaudio magno valde, quod non exiliter de Deo tuo, sed supra modum in sublimitate, supra omne, quod de eo intellectus intelligit, sentite valeas, & clausis rationis tuæ januis laxa vela voluntatis, bina brachia tendens amoris, & adipsar puelulæ lactentis cantu, & suspiria cum Sponsa, *Can. 10* meliora sunt ubera tua vino. Ecce quomodo infantulæ sine discursu ad ubera trahuntur matris, ita & tu clausis oculis, ad dulcissima aspires ubera Deitatis, quorum, cum scrutando deficiat intelligere ubertatem, fuge amando dulcedinem.

Can. 10

Magna certè stultitia & superbia est, nostris ratiunculis divinarum mysteriorum profunditatem, soli fidei perviam intelligere, & scrutari velle, & qua tandem ratione, toto licet conatu annitatur, aliquem arcanorum istorum conceptum formare poterimus? Sicut enim, exemplum est S. Greg. lib. 4. Dialog. cap. 1. *Si pregnant mulier mittatur in carcerem, ibique pariat filium, qui natus puer in carcere nutritur, & crescat, cui si forsasè mater, qua hunc genuit, Solem, Lunam, stellas, montes & campos, volantes aves, currentes equos, nominet, ille verò, qui est in carcere natus, & nutritus, nil aliud, quam tenebras carceris sciat, & hæc quidem esse audiat, sed quia per experimentum non novit, veraciter esse diffidat: ita in hac exilij sui cecitate nati homines, &c.*

C A P V T III.

Cur voluerit obligare nos DEVS ad credendum mysteriis omnem intellectus nostri aciem excedentibus?

Inter plurimas huius rei rationes aliquot nobis nunc obvias asseren. us.

R A T I O I.

Voluit DEUS ineffabili sua bonitate creaturam rationalem de tenebris transferre in admirabile lumen, extrahens eam de regione umbræ mortis, elevans ad altiorum sui luminis spheram, ei communicans lucem & cognitionem, qua seipsum cognoscit, cateraque creata, quo divini luminis illustrata splendore, magna procul dubio nobilitatur dignitate, & non secus, quam radio solari aër, & ferrum

igne splendet, purificatur & perficitur.

Sciendum enim hic est, siuem Christianæ Philosophiæ esse, animas nostras modo altissimo, & hujus vitæ supernaturalissimo unire & conjugere Deo, quia autem in nobis nihil est nil vultus & scoria, ac per consequens mera impedimenta ad tam sublimem cum tanta majestate unionem, necessarium est, totum, integrumque mutari & reparari hominem, omnibusque suis expoliari facultatibus, fabricam domus istius rationalis, & omnem ejus suppellectilem dissolvi, aliudque noviter ædificari, & exornari dignum tanto Regi habitaculum. Sicut Salvator noster ait: *Qui perdidit animam suam propter me, inveniet eam*: si enim DEUS & homo unum fieri debent, quod Christus Dominus docet Patrem suum rogat, ajens: *Rogo Patrem, ut sint unum.* Clarissimum certè est, non Deum, sed hominem in aliud esse commutandum, secundum illud S. Augustin. *Nec tamen me in te mutabis, sicut cibum carnis tuæ, sed tu manebis in me*: Quamobrem, cum homo, si accurate deus natura expendatur, quatuor constet rebus, una essentia naturali, & tribus ad Teragustissimæ Trinitatis similitudinem, proprietatibus, quæ sunt posse, velle, & intelligere, hæc omnia, quantum possibile est, destrui & deperdi necessarium est, proutquam possit admitti ad sublimem cum Deo conjunctionem. Atque idcirco imprimis quidem ipsum esse naturæ in jactis, certo modo transformatur in esse supernaturale gratiæ, quod agnoscens S. Paulus, inquit: *Gratia autem Dei sum id, quod sum, quo nimirum esse deo, in novam regeneratur creaturam, quinamque renascimur infantiam.*

Velle similiter nostrum, ut nobilissimam illam amplecti possit Divinitatis essentiam, transformari oportet in eam, quæ supra naturam est, divinam charitatem, quæ diffusa est in cordibus nostris per Spiritum sanctum, qui datum est nobis. Nimirum quoque impotens potentia nostra, suo fini consequendo insufficientissima, abneganda est, & etradicanda, ut ad omne opus bonum reprobos, & nihil valere nos eliminantes, potentia divinæ per virtutem spei conjuncti, nobis communicata quodammodo Salvatoris omnipotentia, *Omnia possimus in eo, qui nos constituit.* Eodem itaque planè modo necessarium est, ut intellectus se seipso & omni sua naturali facultate, & acumine, tanquam parvis tenebris, meraque ad tam profundarum rerum intellectum caligine funditus exuat, ut possit supervestiri luce celesti, & sapientia divinæ, per quam, modo supernaturali, & divino ipsum DEUM cognoscat.

Porro, sicut gratia participatio quadam est divinæ naturæ, attestante Apostolorum Principe, *Ut per hæc efficiamini divina consortes natura*: & charitas, communicatio quadam est sancti Spiritus & divini amoris, quo seipsum DEUS amat, unde & per illam unimur, secundum illud S. Joannis: *Qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo.* Ita & mediante habitata fidei, infunditur pars quadam eum communicatio divini luminis, per quod remanet unita & conjuncta divinæ sapientiæ & luci, qua seipsum Deus, & arcana omnia mysteria, aliaque ad salutem nostram condycencia clarè cognoscit: nam de isto quoque fidei lumine intelligi voluit Prophetæ David, quod dixit Psalm. 35. *In lumine tuo respicimus lumen.*

O verè magna intellectus nostri excellentia, qui

Theo

Oper

Te

Or

qui per vi
ad Dei, S
reitor,
militar
nos cand
nimam il
est, & d
fons dem
nolla tan
nam, q
tur digni
Que
culum e
lino est
frigidum
impolita
tæ, ut li
gustam
mismom
sed totus
eius, &
vitas ex
dam est
ras; sic
nem, &
modum
bus fer
nis cavi
nionc,
ne, me
dam eri
Not
qui ex
lingula
no; de
dij
ror, Fh
lectus n
lus tenu
gat, u
alibim
peretti
homin
accepti
tellect
li, q
super
noo fi
ita die
muri
sublie
te Tt
fecta
litax

S
pe
in
a
o
ii

qui per virtutem Fidei, tam familiariter & amice ad Dei, & divinorum secretorum conclave admittitur, & ipsiusmet divini luminis splendore illustratur? Sicut tamen majus lumen Solis, minus candela lumen obfuscat, ita irradiante in animam isto Divinitatis Sole, obscurari necesse est, & deperdi naturale intellectus lumen, ut suis deinceps nequaquam nisi principis possit, nulla tamen facta ei injuria, cum potius ad maximam, quam in hac vita consequi potest, sublimetur dignitatem.

Quæ jam diximus, apta hac similitudine ad oculum quasi declarari possunt, Ferrum metallum est terreste, nigrum, obscurum, deformè, frigidum, durum, nulliusque activitatis, sed igni impositum, in eandem usque admodum transformatur, ut licet naturam suam non deperdat, in reliquis tamen omnibus non aliud appareat quam ignis: non jam enim obscurum amplius, aut nigrum: sed totum lucidum est & splendidum, jam frigus ejus, & impotentiam, maxima calor vis & activitas expulerunt, & quod erat durissimum, factum est molle, & in varias transformabile figuras; sicut ergo per istam ignis communicationem, & sui quasi transformationem egregis admodum qualitatibus, effectibus, & proprietatibus ferrum nobilitatur, ita & de divina hominis cum Deo, per fidem, spem, charitatem unionem, & divinorum perfectionum participationem, modo paulò superius declarato, ratiocinandum erit.

Non tamen prætereundus est hic excellens, qui ex prædictis sequitur, divina fidei effectus, singularis videlicet & mirabilis animæ purificatio; de qua loquitur S. Petrus Act. 15. dum dicitur, *Fidei purificatio corda eorum*: nam cum intellectus noster naturaliter rudis sit, & inferioribus his tenaciter affixus, cum sublevari, & expurgari, ut modo intelligendi purissimo & divino, altissima luce torquetur, & profundissima arcana penetrat: unde ulterius colligere licet, quanta homini accedat dignitas ex illa, quam à DEO accepit, obligatione credendi, ea, ad quæ intellectu pertingere non potest, sicut etiam ex illa, quam habet amandi Deum tanquam finem supernaturalem; ad quam tamen vires naturales non sufficient; nam consequenter obligat se, si ita dicere possumus, etiam Deus, suam ei communicare, & infundere sapientiam, magis quæ sublimem sui, suorumque mysteriorum median- te Theologica Fidei virtute notitiam: unde profectò magnus creaturæ rationali honor & nobilitas promanet.

CAPVT IV.

Quinque alia adducuntur rationes.

Alias præterea rationes consideratione dignas subiungemus.

RATIO I. §. I.

SI intellectu nostro cognoscimus, aliquem DEUM esse, eumque infinita sapientia & potentia præditum, incomprehensibilem, & intelligibilem, necessitudo etiam fieri debemus, arcana ipsius mysteria, ut ipso digna sint, incomprehensibilia quoque esse debere; ut ergo intelligibilem Deum homo intelligere possit, Thom. à Jesu Opera Tom. 2.

necessaria sunt alia, & excellentioris ordinis cognitio, quæ intellectum alicui supernaturalis luminis claritate super omnem naturalem cognitionem, ad eum qui omnem divinæ Majestatis incomprehensibilitas aliter, quam arcanissimis, quæ à nobis intelligi non possint, operibus manifestari, nec sine divinæ lucis participatione cognosci.

Quanta ergo stultitia est, velle intellectus suavitatem comprehendere & mensurare illimitatam & incircumscriptam Dei naturam, omnipotentiam & sapientiam, & opera infinitæ magnitudinis DEI ad parvitatē humanæ appendere stateram? Audiant quæso, qui tantā delirant dementiæ cæcitate, S. Augustinum dicentem: Si intelligerem judicium profunda & secreta Dei, non esset DEUS quod est: Quomodo enim verè Deus esset, si eum intellectu nostro comprehenderemus, & quàm limitata essent ejus opera, si non posset facere supra quàm possumus intelligere, & quàm tenuis sapientia, quæ scientiæ nostræ circumferberetur angustis?

Quàm optimè ergo hic exclamare possumus cum Tertulliano: Cedat curiositas fidei, cedat gloria, humanæ scilicet sapientiæ, saluti. Agnoscere enim debemus imbecillitatem & ignorantiam nostram, quæ tantum abest, ut supernaturalia Dei opera valeat penetrare, ut etiam acutissima quæque ingenia rerum naturalium efficaciam investigare non possint. Sapientissimus erat Salomon, & tamen de seipso Ecclesiast. 8 testatur: *Et intellexi, quod omnium operum Dei nullam possit homo invenire rationem, eorum quæ sunt sub Sole: & quânto plus laboraverit ad quaerendum, tantò minus inveniat: etiamsi dixerit sapiens se nosse, non poterit repetere, & quomodo ascendere volumus & scrutari supernaturalia divinæ omnipotentiae arcana? Summa igitur erit sapientia, nostram prohiere insipientiam, ut sub divina omnipotentia & infinita sapientia captivantes intellectum nostrum, sequamur consiliū Ecclesiast. 3. *Altirate ne quaerere, & fortiorate, ne scrutatur fuerit: sed quæ præcepit tibi Deus, illa cogita semper, & in pluribus operibus ejus, ne fuerit curiosus.* Et ad divina mysteria cernenda clausis rationis humanæ luminibus, solos aperiamus oculos fidei in obsequium JESU Christi redactos.*

RATIO II. §. 2.

Voluit præterea, isto modo testatam relinquere magnitudinem, potentiam, & sapientiam suam; quis enim attentè considerans fidem nostram, ex una parte mysteria tam sublimia & incognita credenda proponere, ex alia autem, tam distinctè præcipere, appetitui omninò reluctantiæ, & nihilominus, quòd unus Jesus Christus pauper, & nudus, & cruci ignominiosissime affixus per viles, pauperculos, rudes, & indoctos piscatores subjecerit sibi sceptræ & coronas Imperatorum, & Regum, subtilissima captivavit Philosophorum ingenia, idololatiam prostraverit, converterit universum mundum, & inveteratas mutavit universarum gentium consuetudines, non statim cum Centurione exclamet, Verè filius Dei erat iste!

Quisnam dominium aliorum ambiens, ut eos sibi reddat sua sponte subjectos, incognita planè præcipiet credenda, & ad mandatorum, quæ

JESU

spiritu

omnino gustui, inclinationi, & consuetudini contraria sunt, observationem coget? Ad hæc insuper persuadenda eligit magistros ignaros, imbeciles, & despectos. Nemo procul dubio, tale quid præsumere audebit: sed etiam præsumpserit, quodnam aliud videbit desideriorum, & machinationum suarum complementum, quam risum & cachinnum? quidve obtinebit aliud, quam confusionem & fumum? Quæ enim vires humanæ sufficere possunt ad tantos, tamque sublimes fines, mediis tam imbecillibus, imò contrariis, assequendos? Soli hoc reservatum est sapientiæ divinæ, quæ ea concipere, soli potentia, quæ ea valeat, prout voluerit, solo nutu complere, & gloriosissimo fine, quicquid aggredi statuerit consummare, ut tam stupenda tanti operis executio nos in admirationem rapiens, non creatæ sed divinæ se virtutis esse demonstrat, ac infinitæ sapientiæ, & potentia Dei sigillo consignatam.

Quòd si Deus pro admirabilibus fidei suæ effectis, Sapientes elegerit Græciæ, armaque & exercitum Alexandri, proculdubio & hostium armis, & illorum industria, & subtilitati, mundi adscriberemus conversionem: nunc autem domuit mundum, non ferro, sed ligno: *Quia non multi Sapientes secundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles; sed quia stultitia sensu mundi elegit Deus, ut confundat Sapientes; & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia*: quod enim in Deo apparuit stultitia, & infirmitas, super modum in sublimitate incomprehensibilem Dei sapientiam, & omnipotentiam manifestissimè deprecatur.

TERTIA RATIO. §. 3.

Majorem meriti occasionem præbere nobis voluit Deus, dum ad ea, quæ supra nos sunt credenda, subjiciens intellectum nostrum, majori cumularem gratia, & sublimiori digni redderemur gloria, & multò certè præstamus amplius, fide intellectum nostrum refrænando, & firmiter Deo omnibusque ab ipso revelatis assentiendo; quam aut spe in eum sperando, aut charitate amando: tota enim arduitas & difficultas in recta Dei notitia consistit. Atque hæc est urbana & grata fidei reverentia, qua lemel firmiter animo concepta; & mente in vera omnipotentia divinæ, & infinitæ bonitatis cognitione radicata, quid magnum est in Deum sperare & eum amare? ad quod alludens, S. Paulus Apostolus, de his meritis conqueritur, *Qui cum Deum cognovissent, non sicut DEUM glorificaverunt.*

Rom. 1.

Similitudo huic rei admodum quadrat. Si Rex quidam habitu mutato in ipsis noctis tenebris ad suam adventarem arcem, tota Præpositi arcis in exhibitione reverentiæ ipsi debita difficultas ex sola regis personæ cognitione dependet: mox enim, ubi Regem recognoverit, nequaquam amplius cunctabitur claves, arcemque in ejus potestatem tradere, & venerabundo honoris cultu beneficia sperare, & tanquam Regem suum adorare.

RATIO IV. §. 4.

Deinde, quid magni est obligati nos ad sublimitia credenda, cum sublimem quoque DEUS nobis infuderit fidei lucem, qua ad alta patenter elevamur, & ad arcana Dei cognoscenda fortissimè & suavissimè inclinamur? Ubi certè cernere

& admirari licet singularem divinæ providentiæ erga miseros mortales curam: noverat quippe Deus figmentum nostrum, & quod facile quidem iis, quæ ratio naturalis dicitur, assentiatur, non perinde autem, sed maxima cum difficultate iis, quæ vim intellectus nostri superant, dom statim impossibile judicamus, quod cerebro nostro comprehendere non possumus; unde, quotquot fuerunt, aut sunt, originem sumptere hæretes, quia nimis multi, & maxime, qui sapientes sibi videntur, amplius, quam par est, suo iudicio attribuant, usque adeò, ut nolentes cum humilitate intelligere, nisi quod suo capiant ingenio, obstinati, & pertinaces in errorum suorum tenebris, & cæcitate permanent. Divina igitur sapientia signavit super nos lumen vultus sui, & habuit fidei nobis in Sacramento Baptismatis infuso, intellectum nostrum ad firmiter & magna cum integritate articulis Fidei credendum inclinatum, statuens insuper, & dirigens pedes nostros in certam, & securam ab omnibus erroribus, dubiis, & opinionibus, libera veritatis viam, ut eam constantes & intrepidi cum sanctis Christi Domini martyribus animosè curramus.

RATIO V. §. 5.

Ultimò, non possumus in hac mortali vita sine aliqua saltem fidei luce degere, nec est secta aut religio, quæ non aliqua credit, & præsupponit, neque visa, neque intellecta. Interrogemus Judæum, Gentilem, aut Saracenum, quid de Deo credat? & dicet eum esse æternum, immensum, sine principio, &c. Si ulterius interroges quomodo, aut qualiter iste DEUS sit æternus, & sine principio, suam necessariò facere debet ignorantiam, cum Dei æternitas & immensitas, nec verbis explicari, nec cogitatione possit intelligi. S. Augustinus hac consideratione motus, penitentiam ad fidem Christianam commoveri cepit, ut de se scribit *l. 6. conf. c. 4.* miserabilem animæ suæ statum, ante susceptæ fidei splendorem explicans, sublequentibus verbis: *Sicut evenire adest, ut meolum Medicum expertus, etiam bono timeas se committere: ita erat valetudo animæ meæ, quæ, atque nisi credendo sanari non poterat. Ac postea eodem lib. c. 5. subjungit: Sed tu Domine manus misericordissimæ & mitissimæ pertractans & comperas cor meum; considerans autem, quàm innumerabilia crederem, quæ non viderem, neque cum gererentur, admissum, sicut tam multa in historia Gentium, tam multa de locis, atque urbibus, quæ non videram, tam multa amicis, tam multa medicis, tam multa hominibus alijs, atque alijs, quæ nisi crederentur, omnia in hac vita nihil ageremus. Postremò, quàm inconspicibile fixum retinerem, de quibus parentibus ortus essem, quod scire non possem, nisi audiendo credidissem, persuasisti mihi, non qui crederent libris tuis, quæ tanta in omnibus serè Gentibus auctoritate sanctas, sed qui non crederent, esse culpandos. Ideoque cum essemus infirmi ad inveniendam liquida ratione veritatem, & ob hoc nobis opus esset auctoritate sanctorum literarum, jam credere ceperam nullo modo te fuisse tributurum tam excellentem illi. Scriptura per omnes jam terras auctoritatem; nisi & per ipsam tibi credi, & per ipsam te quærere voluisses. Hæc ulque S. Augustinus.*

Præterquam autem, quòd omni omnino sectæ commune sit, supra omnem rationem credere, hoc privilegium habemus Christiani, quòd non leviter, aut gratis, sed optimis testimonijs, quibus evidenter credibilia facta sunt nimis, fidei

Theo
Oper
Te
Or

fidei not
inter leg
& nihil
allicenti
conferre
Inhil
TUM
nec La
deamur
tatis co
ere, q
enim n
monum
testis el
Nun
ubique
peris n
num, re
bata, in
nata. c
testim
hic Ric
hic Ric
dei, uti
in ca
confite
ciani po
tie DE
fo docet
prodigi
te fieri
nobis tr
sione p
manete
fideles
gare: n
quod a
Qu
mata n
graviss
quam
notum
vident
quod
clariss

Qu
F
te
quæ
tudo
falli
S. Inge
sim. lib.
de miste
crede
tit cap.
11.
Galat. 1.
18.
Ca
Pis
ve
ce
ip
su
nu
te

fidei nostræ mysteria credamus: nequaquam enim inter se pugnant, ut supra omnem rationem sint, & nihilominus maxime rationi conforme sit, illis assentiri, cum præcipuè evidentibus miraculis coarctat, ea esse approbata.

Iustissima procul dubio in JESUM CHRISTUM credendi causa ipsa erat, qui ob resuscitationem Lazari fidem amplexi sunt, tum etiam Nicodemum tot miracula in certam deducebant veritatis cognitionem; nemo, inquit, potest hæc signa facere, quæ tu facis, nisi fuerit DEUS cum eo. Cum enim miracula folius DEI sint, quando in testimonium veritatis adhibentur, DEUS ipse illius testis est, cujus testimonium est infallibile.

Nunc verò fides & religio Christiana tanto ubique miraculorum imbre est cœfficta, tam apertis manifestarum prophetiarum, & vaticiniorum, verificationibus, & adimpletionibus approbata, innumerabili in martyrum sanguine consignata, doctissimorum ac sanctissimorum virorum testimonio confirmata, ut merito exclamare possit Richardus à S. Victore, utinam attenderent Iudei, utinam animadvertent pagani, cum quanta

116. 3.

Richard. lib. 1. de Trin. 62.

Hebr. 11. Argumentum non apparentium, fortissimum videlicet, & intellectum convincens, & manibus, pedibusque quasi ferrea luminis fidei catena compeditis, sub DEI veritate captivans.

Quis hic admirabilem divinæ providentiæ abyssum deprædicare sufficeret? quod in incerta ista incertæ hujus vitæ navigatione, tam certò nobis lumine voluerit præluce? nimis enim patet, quid possit abique eo intellectus noster, nisi profundissimis se peccatorum tenebris, sectis abominabilibus, infamibus, antequam Evangelium mundo illucelceret, idolorum cultibus, & absurdissimis circa finem ultimum erroribus sese turpiter involvere. Sed Lucerna DEI in caliginosa tenebris loco tenebras eliminat, errorum, manifestè demonstrans, quid amplectendum, quidve abominandum, & qua honoris servitute DEUS sit colendus.

Majorem esse fidei certitudinem quam sensuum exteriorum. §. 1.

Ex tanta infallibilitate major procedit in credendo firmitas, quam si corporeis cerneremus oculis, aut manibus palparemus, unde S. Petrus speculator factus præclaræ Christi Domini transfigurationis, quod viderat, quæ audiverat, quod manus eius contractaverat de verbo vitæ, parum esse ducit, respectu assensus quem fidei debemus. Habemus, inquit, firmiorem propheticum sermonem, cui bene facitis attendentes, tanquam lucerna lucenti in caliginoso loco. Dives epulo inflabat, ut rediens ad vivos, tormentorum suorum, quæ patiebatur, demonstratione, fratribus suis consilium mutandæ vitæ daret, ne venirent in locum cruciatuum utrorum, & quod audit responsum? Habent Luc. 16. Moysen & Prophetas, audiant illos, & si Moysen & Prophetas non audiunt, neque, si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

Quid si videres fratrem, aut amicum ab inferis remeantem intollerabilibus ardemem flammis, continuis ululantem gemitibus, & maximis clamoribus omnia replentem, verbis, & tormentis efficacissimè, quæ ibi sunt, enarrantem; maximè proculdubio esset vitæ in melius commutandæ, incentivum: sed majus est, Deo per Abraham dicente, firmiterque, quod loquitur Sacra Scriptura cui si vivam tui emendatione non præstes fidem, multo minus eam homini resuscitato præstaturus es. Vide igitur, quod cum majori certitudine ea, quæ de inferno fides docet, credere debeas, quam, si propriis oculis cerneres animas flammis istis æternis cruciari & concremari.

Fide homini ipsam DEI notitiam communicari. §. 2.

In ista indubitata infallibilitate fundatur vivacitas, & exercitium fidei præctiæ, de qua tractamus, atque idcirco alè in anima fundanda & radicanda est, certitudo, & firmitas ista, ut ad tam sublimem percingamus Dei, & divinarum rerum cognitionem, quam ipsemet habeat DEUS, cum, ut supra diximus, ipsa Dei sapientia nobis per fidei habitum communicetur; unde S. Paulus fidem sapientiam Dei nuncupavit, quod enim, verbi gratia, ego de Deo, de SS. Trinitate, de gloria Beatorum, de mysterio Incarnationis, & Eucharistiæ, &c. credo idem planè, & eadem cum DEO cognitione cognosco.

A 4 Eodem

CAPVT V.

Quàm magna sit fidei infallibilitas & certitudo.

FIDES non solum certissima est, & infallibilis, sed omnem certitudinem & infallibilitatem, quæ possibilis est, in se continet; fidei enim certitudo non vulgaris est, sed quia DEUS, qui nec falli nec fallere potest, ita dixit, in ipsa mee divina autoritate fundatur; unde S. Augustinus lib. de utilitate credentium cap. 12. Quod intelligimus, inquit, debemus rationi, quod credimus auctoritati. Et S. Paulus ad Galat. 1. Notum enim vobis facio, fratres Evangelium, quod evangelizatum est à me, quia non secundum hominem, neque enim ego ab homine accepi illud, neq. didici, sed per revelationem IESU Christi, &c. & iterum ad Thessalonicenses: Cum accepissetis à nobis verbum auditus Dei, accepissetis illud non ut verbum hominis, sed ut verè erat verbum DEI, unde tanta in fidei veritates influxit certitudo, ut tam certæ & infallibiles sint, quam ipsemet DEUS.

Quod divinæ opus providentiæ convenientissimum est, ut fundamentum totius vitæ Christianæ, quod fides est, in concussis & immobile perfereret, suæque infallibilitatis soliditatem à prin-

S. August. lib. de utilitate credentium cap. 12. Galat. 1. Thiss. 2.

LESU
spiritu

rem divinæ providentiæ
uram: novæ quæ
tis, & quod fidei op
alis dicitur, afferunt
maxima cum diffid
estri superant, cum
us, quod certiora
tamus unde, quæ
nem læpiter hanc
imè, qui superest
par est, suo pædico
volentes cum hinc
o capiant ingenio, ob
corum suorum tenet
Divina igitur igno
altus sui, & habet
linatis infuso, medi
& magna cum
endum inclinat, h
medes nostras in em
bus, dubis, & op
ia, ut eam cohaere
nissi Domini magis
§. 1.
s in hæc moniti
legere, nec est fide
credit, & periplo
lecta. Insuper
centum, quid de
etnum, immen
interrogas quom
sit æternus, & h
careri debet ipe
& immensitas, ne
ne possit intellig
moros, penitent
ri caput, ut de
tem animæ hanc
vidorem explicat
centre afflatus
bono timet se
mea, quæ, utiq
Ac postea om
te manum misero
& compari ut
erabilia crederem
rentur, affligit
am, tam multa
ans, tam multa
ulta hominibus
ar, omnia in h
im incensibile
ibum ortus oem
credidisse, per
is tuis, quæ
oritate fundat
s, Ideoque cum
da ratione
horitate sa
eram nobis
illi scriptura
nis & per
telligit. Hæc
i omnino so
onem crede
hiant, quod
testimonis,
ant animi,
fidei

Eodem omnino modo infallibile Dei iudicium, quo Deus de vanitatibus honorum, periculo divitiarum, & mortifero deliciarum veneno, verissime iudicat, magnam quoque Dei aestimationem, qua plurimi pendit vilipensionem, labores, charitatem, &c. ipse etiam habet, qui habet fidem.

Et quamvis in Deo fides locum non habeat, à quo omnis procul exulat obscuritas, ipsius tamen hominis viatoris fides, & Dei clarissima comprehensio, & infinita penetratio, eadem absque ulla differentia pollent certitudine, & eadem cognitione, iudicio, pondere, quo DEUS, etiam fides ea cognoscit, diiudicat, & ponderat, quæ licet oculos habeat velatos, attamen tam certos, & directos, ut nullo modo falli possit.

Divina ista fidei luce sublimatur, & supra se ipsum elevatur homo, jam modo supernaturali, & divino res cognoscens, & discernens, jamque recepta Spiritus sancti luce aliquid plusquam humanum possidens, aliam à frigida, & septentrionali sensuum, & rationis humanarum, ingredi incipit regionem planæ caelestem, ubi alio vivunt aere iusti, alio Sole, alia luna, stellisque differentibus, ibi regio est vitæ divinæ, quæ nisi homo semetipsum propria voluntate deicere & perimere velit, eum dirigit, & perducit ad vitam æternam.

Haecenus pleraque de fide inscrutabilium mysteriorum: verum ut supra dictum est, de tota fidei latitudine, seu verbo Dei, quæ scriptura sacra, & Ecclesia sancta nobis proponit credenda, in consequentibus tractaturi sumus.

CAPVT VI.

Fidem esse iusti substantiam, qua alatur & sustentur.

Hebr. 11. S. PAULUS fidem definiens inquit: *Est autem fides sperandarum substantia rerum, argumentum non apparentium: substantiam vocat rerum sperandarum, sive speratarum, quia ut dicunt Theologi, est basis, & fundamentum earum rerum, quas in gloria possessuros nos speramus, nam quomodo Deum & bona sperabimus æterna, si ea non cognoscamus? eam, ut inquit S. Bernardus, non credit a nemo sperare non plus, quam super inane pingere possit.*

Serm. 10 in Psal. Qui habitat.

Alij per substantiam, firmitatem, sive certitudinem intelligunt, quia fides certam nobis rerum, quas speramus cognitionem, tribuit, & consonat verbo Syriaca, quæ sic legitur, *Est autem fides, certitudo, de ijs rebus, quæ sunt in spe, ac si existerent actus: non desunt etiam, qui substantiam interpretentur possessionem, & divitias, eo sensu, quo filius prodigus patri, inquit, da mihi portionem substantiæ, quæ me contingit, neque ceterè à veritate aberrant, cum fides sit locupletissimus omnium spiritualium divitiarum, & bonorum thesaurus.*

Luc. 15.

Aug. Ep. 112. ad Paulin.

S. Augustinus: ubi nos habemus, fides est sperandarum rerum, legit: *Fides est substantia sperantium: id est, qua sustentantur sperantes vitam æternam; & isto sensu intelligit istud Habacuc: iustus autem in fide sua vivet. Est ergo fides non solum basis, qua certas spes suas fundat iustus; sed insuper amplissima substantiæ portio, & locupletes divitiæ, ac denique instrumentum, quo sustentatur, & vivit, quæ omnia cuilibet doctrinæ revelatæ, sive verbo Dei communia sunt.*

Abac. 2.

Abac. 2. S. Augustinus: ubi nos habemus, fides est sperandarum rerum, legit: *Fides est substantia sperantium: id est, qua sustentantur sperantes vitam æternam; & isto sensu intelligit istud Habacuc: iustus autem in fide sua vivet. Est ergo fides non solum basis, qua certas spes suas fundat iustus; sed insuper amplissima substantiæ portio, & locupletes divitiæ, ac denique instrumentum, quo sustentatur, & vivit, quæ omnia cuilibet doctrinæ revelatæ, sive verbo Dei communia sunt.*

Fides seu verbum Dei cur vocetur semen. §. 2.

Nam ut inquit Salvator, *semen est verbum Dei.* **Luc. 8.** Sicut enim in semine totum virtute tenetur, quid in planta aut herba, vel pulchritudini servit, vel ad hominis alimentum decerpitur; ita quid in anima producitur boni spiritualis, totum virtute continetur in verbo Dei. Sane tibi, alicujus plantæ, aut arboris, semen aut granum, & c. ubi in parvo isto grano radix, truncus, flores, & fructus, ubi luxuriant comæ, odoris suavitas, fructus dulcedo, ubi tota arboris, aut plantæ varietas & pulchritudo? In modico isto semine, licet nec gustentur, nec percipiantur, universa hæc inclusa delitescunt.

Ita & in fide seu verbo Dei tanquam in semine iusti charitas, humilitas, obedientia, gloriæ pulchritudo, & cætera inclusa, & abscondita latent; cum autem semen istud in terra cordis sui seminaverit, eam diligenter operibus excolens, & calore charitatis fovens, copiosissimum fructuum, quo alatur, colligit, ut dicitur sumus.

Cur vocetur virtus DEI? §. 2.

Idem significare voluisse videtur S. PAULUS **Rom. 11.** Apóst. quando Evangelium virtutem Dei nuncupavit *in salutem omni credenti:* virtutem alicujus rei, lapidis, aut avis, illam parvam materię quantitatem dicere solemus, in quam tota corporis majoris substantia, energia, & proprietates per artificium distillationis resolutæ, & fortius condensatæ sunt: simili modo in minimo Evangelij semine tota immensi DEI virtus, qua animam sustentat, & vivificat, quasi in parvo quodam, qui facile deglutiri possit, bolo continetur. Nam, si dicere fas est, DEUS igne charitatis distillatus, magis proficiam ex se nequit animæ indere virtutem, quam verbum suum, cum ipsum omnia tanquam Dei instrumentum operetur, & possit. Unde eadem universa primæ Cause attribuantur effecta, verbum enim Dei resuscitat mortuos, sanat infirmos, conservat sanos, illuminat cæcos, accendit tepidos, patet famelicos, confortat debiles, animat pusillanimes. *Verbum DEI,* tanquam celeste manna, in quod quisque vult, convertitur, & desiderantibus præstat omnem gustus, affectus, & saporis suavitatem, in illo haurit consolationem tristis, inflammatur indevotus, tribulatus lætificatur, durus ad pœnitentiam compungitur, compunctus magis magisque colliquefit.

Pulchrè virtutem, dignitatem, ac suavitatem, quam in verbo anima pura, & religiosa degustat, complexus est Regius Propheta David **Psalm. 118.** *Lex Domini immaculata, convertens animas, testi- monium Domini fidele. sapientiam præstans parvulis. iustitie Domini rella: lat: si: artes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos: Timor Domini sanctus permanens in sæculum sæculi: iudicia Domini vera, iustificata in semetipsa, desiderabilia super aurum & lapidem præciosum multum: & dulciora supra mel & savyum.* Et alibi: *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo? Nec his contentus, insuper ostendit, quanta lucis, & sapientiæ prerogativa perfundantur, qui divinæ legis meditationi diligenter insistant: Quomodo, inquit, dilexi legem tuam Domine? tota die meditatio mea est. super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in æternam mihi est. super omnes docentes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. super senes intellexi: quia mandata tua quasi.*

Quæ

Timor
Oper
Te
O

Quæ Scripturæ sacræ vultus probe intelligentes SS. Patres. & ordinum Patriarchæ & institutores, admodum sollicitè in regulis suis lectionem, & meditationem librorum sacrorum consueverunt ac præceperunt, & præsertim regulari-
stra illud nobis injungit particulare præceptum, & nobilissimum proponit scopum, dum inquit: *maneant singuli &c. nocte & die in lege Domini meditantur, & in orationibus vigilantes, ut continuum exercitium nostrum esse debeat S. Scripturæ meditatio cum oratione conjuncta.*

Ut autem illa utilis & proficua sit, & fructus juxta genus suum sapidissimos afferat, & gustum animæ suavissimè oblectet, fidei, quam diximus, vivacitate, tanquam nativo calore fovenda, & concoquenda, quod consilium non religiosis solum, sed omni hominum statui est saluberrimum.

CAPVT VII.

Fidem sive verbum Dei meritò in Scriptura sacra appellari *mensam, panem, vinum, lac, aquam.*

S. 1.

Duas mensas posuit DEUS pro refectione & convivio servorum suorum: unam sanctissimi Corporis & Sanguinis sui, & reliquorum Sacramentorum; alteram verbi Dei: Sicut autem in priori sacrosanctum Christi Corpus, est ali-
tini spirituale animæ, quo, ut suo loco inferius latius explicabitur, animæ vires continis concupiscentiæ & vitiorum ardoribus consumptæ, ac desperatæ restaurantur & reparantur; quo in super divini saporis & dulcedinis suavitate in suo fonte degustata anima saturatur: eosdem proportionem servata, effectus producit verbum Dei; animam nutriendo, oblectando, & satiendo.

Mensam istam utramque in domo sua sic disposuit DEUS ut ambas inter commemorans justus, ab ista verbi Dei, priorum affectum, atque operum justitiæ Christianæ, ut præcedenti capite explicamus, acceptum semen mandicaret. Ab illa vero sacrosancti Corporis & Sanguinis, cæterorumque Sacramentorum, hauriret fecunditatem, & vitam quovisque in perfectam Evangelicæ perfectionis ætatem de virtute in virtutem paulatim lucrificat.

De utraque mensuram istarum, sub veterum tamen figurarum umbris, inquit Spiritus sanctus Proverb. 9. *Sapientia edificavit sibi domum, excidit columnas septem, immolavit victimas suas, miscuit vinum, & posuit mensam suam: misit ancillas suas, ut vocarent ad arcem, & ad nenia civitatis: si quis est parvulus, venite ad me, & insipientibus locuta est, venite, comedite panem meum, & bibite vinum, quod miscui vobis. Edificavit Christus Dominus sapientia incarnata sibi domum, quæ est Ecclesia Dei vivi, excidit columnas septem, septem novæ legis Sacramenta, quibus tanquam firmis columnis totam Ecclesiæ ædificium imposuit, sacrificium obtulit pretiosissimi Corporis & Sanguinis sui, vinum doctrinæ commisit, neque enim in sua puritate, & claritate illud nobis erat propinandum, sed obsecuitate, figuris, & similitudinibus, secundum capacita-
em nostram commixtum, & temperatum, misit prædicatores & Apostolos invitare omnes gentes ad Ecclesiam & arcem ejus, quæ Christus est: ac denique dulcissima illa sapientia incarnatæ verba, quæ parvulis & insipientibus locuta est: *Venite, comedite panem meum, & bibite**

vinum, quod miscui vobis S. Dionys. Areop. in Epistola, quam ad Titum scripsit. sic explicat: Sed quis est solidus, quis liquidus, & fluctuans cibus? hos enim quod det, atque provideat, divina laudatur sapientia: Solidum quidem cibum significare arbitror mentis participem stabilemque; ac eodem in statu manentem perfectionem, qua divinorum rerum participes sunt sensus illi mentis perstantem, potentem, singularem individua- que scientiam, quibus cum divinus Paulus à sapientia acceptum revera solidum cibum communicat: liquidum autem fluxionem que vim habet diffusionis, & foras excurrere studet, variisque etiam ac multis & dividuis eos, qui educantur pro captu & modo suo ad simplicem stabilemque Dei scientiam benignè deducit. Itaq; & rori & aquæ & lacti, & vino, & melli divina, spiritaliaque scripta, & verba comparantur, similiaque dicuntur esse propter vim & proceduntur aqua, & augendi ut lac, & recreandi ut vinum, & prægandi pariter & tuendi ut mel habent. Hæc divina sapientia dat ijs, qui ad ipsam accedunt, ipsas largè perpetuorum conviviorum affluentes suppeditans profundensque copias.

Licet verò per mensam omnia ciborum genera sufficiens intelligamus, ad particulariorem tamen alimentorum, & virtutis in verbo Dei latentium specificationem aliis quoque cibis Dei verbum comparatum legitimus; in primis panis: *comedit illum Dominus pane & vitæ, & intellexit; vino, comedite amici, & bibite, & inebriamini charissimi, meliora sunt ubera tua vino: lacti, tanquam parvulis in Christo lac vobis potum dedi; aqua: aqua sapientia salutaris potavit illum.* Omnia autem ista, cæteraque ciborum nomina, verbo Dei attribuntur, ad significandos varios, & diversos effectus, quos operatur: mensa est, ob ciborum abundantiam, & ferculorum uniuscujusque gustui accommodatorum varietatem; panis, quia apprime reficit, & nutrit; vinum, tum quia debilitatem nostram confortat, ut itinerantibus viam, quæ ducit ad vitam, sitant prava indirecta, & aspera in vias planas, tum quia cælestium bonorum promissione animas puras inebriat; lac, quia non solum gradium, sed & parvulorum est nutrimentum; aqua, quia peccatorum fordes eluit, & no velas Ecclesiæ plantas irrigat, ac in laborum, & tribulationum ætibus refrigerat.

Itas Propheta breviter, sed magna cum inergia hæc describens, omnes, inquit, sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, prostrate, emite, & comedite venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum & lac: quare appenditis argentum vestrum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? quasi diceret; quovisque extrema dementia, sublimitate vestræ portionem, in vanitates, quæ animam satiate non possunt, stulti consumitis: venite, venite ad aquas vivas, quæ cum impetu fluunt ex fonte Scripturæ sacræ, venite & repetitis mensam positam, mensam deliciosissimam & abundantissimam, ubi gratis usque ad satietatem epulemini, ubi cum gaudio bibatis vinum, & lac, & omne quod desiderat anima vestra: venite omnes, quia suas hic unusquisque haurire potest delicias magni & parvi, sani & infirmi, debiles & fortes, incipientes & proficientes, perfecti & imperfecti.

Porro prædictæ comparationes egregiè manifestant verbi Dei necessitatem; sicut enim impossibile est corpus sine prædictorum ciborum alimento subsistere, ita necesse est animam cibo verbi Dei delatam continuo interire.

Alia

IESU

spiritu

Ecc. 18. Cant. 4. Cant. 1. 1. Cor. 3. Ecc. 15.

Isa. 55.

Dei cur vocat S. 2.

sem virtute tenetur... vel pulcherrimum... boni spiritus... no Dei. Sume tibi... en aut granum, &... dx, truncat flores, &... coma, odorata luvet... rboris, aut plateæ... odico isto semine, &... antur, univertalaco

DEI? S. 2.

videtur S. PAULUS... virtutem Deo... ni: virtutem alioq... urvam materie qu... am tota corpore... proprietas per an... & fortius coadma... Evangelij semet... niam sustinet, &... odam, qui facit... Nam, si dicitur... illatus, magis po... tere virtutem, qu... menia tanquam de... possit. Uobes... tribuantur effect... ortuos, sanati ob... ut cæcos, accidi... ortas debiles, in... tanquam celeste... conventur, de de... stultus, effectus, &... it consolationem... tribulatus & tri... oppugnetur, con... dicitur.

Prov. 9.

1. Tim. 4.

Alia verbi DEI nomina fructusq;
multiplices. § 2.

Alijs præterea nominibus quibus verbum Dei insignitur, varios & excellentes effectus quos fidei divinæ lux in corde iusti operatur, exprimit Scriptura sacra; verum quia de his ex professo non tractamus, sufficiat præcipuos quosdam qui divini eloquij vel lectione, vel auditione reportantur fructus annexisse, ut ad medicinalem istum fontem viva fide tam in adversitatibus, quam in prosperitate properemus animosi.

Audiamus imprimis S. Hieronymum in præmio, super Psalmos breviter, sed sententiosè eos enumerantem, *Omnia, inquit, quæ homini dirigendo utilia sunt, hic inveniuntur; hic enim omnis sexus, omniq; ætas instruitur: hic habet insans quid lædet, per quid laudet, adolescens quid corripat, juvenis quid sequatur, senior quid precatur: hic discit scemina pudicitiam, pupillis inveniunt pietatem, vidua iudicem, pauperes proteflorem, advena custodem. Hic inveniunt Reges quid audiant, iudices quid timeant. Hæc tristem consolatur, latum temperat, iratum mitigat, pauperem recreat, divitem ut se agnoscat increpat, omnibus se susipientibus medicamenta tribuit, nec peccatorem despicit, sed remedium ei per penitentiam inungit. Post, per hanc DEVS ostenditur, simulachra irridentur, fides offeritur, perfidia destruitur, iustitia ingreditur, prohibetur iniquitas, misericordia laudatur, crudelitas abdicatur, veritas requiritur, mendacium damnatur, dolus accusatur, prædicatur penitentia, pax sequenda promittitur, spes certa nutritur & quod his omnibus excellentius est Sacramenta laudantur.*

S. Greg.
lib. 23.
moral. c.
2. in cap.
33. Job.

Huic adjungemus S. Greg. lib. 3. mor. ad verba ista Job. 33. *Semel loquitur Deus, & secundo id ipsum non repetit, ita dicentem: ac si diceret DEVS singularum cordibus, privatis vocibus non respondet; sed tale eloquium construit per quod cunctorum questionibus, satis facit, in scriptura quippe ejus eloquio, causas nostras singulis si requirimus invenimus, nec opus est in eo quod specialiter quisq; tolerat, responderi sibi divina voce specialiter querat: ubi enim nobis omnibus in eo quod specialiter patimur communiter respondetur, ubi vita præcedentium sit figura sequenti. Non ergo Deus ad omnia verba nobis respondet, quia semel loquitur, & secundo id ipsum non repetit, i. e. in his quæ per Scripturam sacram ad Patres nostros protulit, nos erudire curavit, nisi antea quæ SS. Doctores Ecclesie, disant & arrogantes, cum intra eam laborare quosdam pusillanimitate conspiciant, quia in nobis Deus ad verba omnia non respondit, & hoc illa nona in Ezechielem: *Quid enim cæli nomine nisi sacra scriptura significatur: de qua nobis & sol sapientia, & Luna scientia, & ex antiquis Patribus stella exemplorum, atque virtutum lucent.* Hucusque S. Gregorius.*

S. Greg.
hom. 9.
in Ezech.

Ex hac doctrina apparet quam non necessarie sint revelationes, visiones, perceptiones, aut similia sentimenta, ijs qui vivam possident fidem, cum in omnibus dubiis suis ex scriptura sacra responsum audiant, & hauriant satisfactionem, consolationem in angustiis, in prosperitatibus frenum, in adversitatibus fiduciam, & fortitudinem: nam vivacitate fidei suæ, nec immerito, omnes revelationes, dogmata, & exempla quæ in ea continentur, tanquam sibi particulariter dicta, & revelata suscipiunt, & reverenter accommodant, sicque est ijs Scriptura sacra ad instar veteris testamenti propitiatorij, unde Moyse & filijs Israel responsa dabantur. Vel eam tanquam epistolam à DEO sibi transmissam grata exofcultatione venerantur; secundum

Exodi 33

quod alibi dicit S. Augustin. & hæc de illa civitate Cant. *unde peregrinatur littera nobis venerunt, ipse homo in scriptura qua nos hortantur, ut bene vivamus, quid enim ut inquit S. Gregorius, est scriptura sacra, nisi quæ tam Epistola omnipotentis DEI ad creaturam suam.*

Est denique verbum Dei vinidarium, & hortus floribus pulcherrimis exornatus, amœnissimis irrigatus fontibus, deliciosissimis abundans fructibus ac ut verbo absolvam, universalis, & omnibus accommodatissima totius spiritualis profectus officina.

Qui verò accuratius ex Scriptura sacra proficiendi modum scire desiderat, consulat S. Greg. homilia 15. in Ezechielem, differrentem qualiter munimentum & præfidium sit contra omnes insultus, & tentationes dæmonum, ubi, & in particulari per exempla & varios casus, ac particulares uniuscujusq; necessitates congrua applicatione descendit.

Idem autem & qui sacram scripturam legere nesciunt, aut non possunt, ne & ipsi tanto bono frustrentur, confessarij sui opera secundum necessitates suas aliquibus utantur sacris sententijs, quibus lumine fidei vivæ adjuvi, expedit, & contentes currant viam mandatorum Dei, usque ad portum salutis æternæ.

CAPVT VIII.

Solam Fidem vitam non autem mortuam ad sustentandum justum sufficere.

Cum clarissima ad oculum experientia coniter, quam vis omnes fides habeant Christiani, non omnes tamen ex lethargo fraudum mundi, & fivolaæ de rebus caducis existimationis expurgati; Sed e contra plurimos quod non absque gravissimo interni doloris sentu dici possit, ita in profundissima vitionum, & passionum suarum abyfso jacere sepultos, quasi sol iustitiz non illuceret eis, & omnino ignorarent lumen veritatis.

Manifestissimum igitur est, habitum fidei ad Dei verbum revelatum, ad bene salubriterque vivendum, haudquamquam sufficere, sed necessarium esse, & opera fidei, & operibus exerceri fides: alioquin enim sicut generosus nimia quiete, equus degenerat, & ferrum sua ferrugine seipsum consumit, ita si turpi & culpabili admodum otio cæleste fidei lumen, talentumque secundissimum abscondamus, & sinamus torpescere, emendum est ne, quod sæpe contingit, iusto Dei iudicio, ablatum à nobis magno isto beneficio, tradatur in reprobum sensum, & ignominiosam caritatem,

Tres porro assignantur fidei differentie. Prima cum fides in eodem subjecto adjuncta secum habet aliam virtutem Theologicam, dicitur *fides formata* seu *viva*, quia charitas ut docent Theologi, est anima, vita, forma fidei, ceterarumque virtutum, Alia fides vocatur *informis* & *mortua*; & est, quæ expulso per peccatum mortale charitatis habitu remanet in peccatis; *mortua* dicitur, non quia non sit vera fides, sed quia deest illi splendor, & vita, quam sola tribuit charitas, ac præcipuè, quia non operatur, sed sicut aquæ in fœtido lacu stagnantes, quas mortuas appellare solemus, sine ullo vitz concursu, aut influxu, quasi compurrefcit: fides vero viva, sicut fons aquæ vivæ salientis in vitam æternam, con-

tinuo

tinuo se ad operationem movet, sicut enim ex animalis operatione vitam tanquam principium colligimus, ita ex virtutum operibus, fidei vivacitas comprobatur.

Verum cum multi iusti, non æque, ac ipsius fecunditati superiori capitulo explicatae par est, fructificatio ideo Tertia superest explicanda fidei differentia, quam *fidem aduam*, vel *practicam* dicere possumus, quodam modo aliori, quam significet fides viva primo loco posita; potest enim quis habens fidem vivam bene operari, etsi non ex motivo lucis fidei, casus fortasse nullo modo recordabitur: verum eum in sancto aliquo exercitio aut bono virtutis opere, nobis ipsis fidei face prælucemus, & ex certitudine, aliisque ejus proprietatibus, ad bene operandum movemur, fidem licet antea charitatis vita formatam, *aduare*, seu *vivificare* dicimus: simili modo, quo sopitum ignem, antea quidem sub cineribus viventem, ijs remotis, adductisque lignis, flatu reluscitamus ac vivificamus, ut sic fides practica aliud nihil sit, quam sui ad bene operandum applicatio a naturali advertentia, & ponderatione veritatis fidei, secundum occasionum diversitatem sese offerentis.

Hinc manifestè apparet differentia fidei nostræ vivæ, seu practicæ, ab ea quam communiter Theologi etiam vivam appellant, quæ in omnibus iustis reperitur, sed non omnes lumine fidei utuntur. Quando & applicando illud operibus suis: præterea in multis peccatoribus potest reperiri fides ista aduata; cum nimirum illuminatione fidei in peccati detestatione, & ad summum bonum conversione, ad impetrandam justificationis gratiam, utuntur, ut tradit Conc. Trid. sessio 6.

Sic igitur ista fidei praxis, quam tradimus, communis est iustis, & peccatoribus, sed ad veram penitentiam per hanc sese præparantibus, qui licet vitæ gratiæ careant, fidem tamen habent excitatam, & si dicere liceat vivificatam; non enim absolute mortua dici potest: fides enim ut ait S. Iacobi sine operibus mortua est. Hæc autem peccatorem ad bene operandum incitat, estque principium, & radix justificationis, ut in sequentibus trademus.

Infallibili ergo hac veritatis regulâ in extruendo ædificio in æternum permanenti sollicitè & diligenter utatur artifex Christianus, & videbit admirabiliter exercecere opus in manibus suis.

CAPVT IX.

Qualiter ad praxim deducendum vivæ fidei exercitium.

GRANO sinapis cõparatam à Christo Salvatore nostro fidem legimus; si habuerit, inquit Matth. 12. fidem sicut granum sinapis, eam ob causam, quod virtus sinapis, & efficacia tam diu frustantur, & abscondita lateat, usque dum molatur, & conteratur, ac dum demum vim suam ac miram acrimoniam exerat; vis experiri virtutem verbi Dei admirabilem sanè, & salutarem, cominue illud, & diligenter considerationis mola conterere, dentibus malicia, & ipsum te suavissimè ac delicatissimè enutriet.

Efficaciam verbi DEI ad hominem in omne opus bonum irapellendum agnovit etiam Apostolus, dum inquit: *Vivus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio accipiti, & pertinens usque ad divisionem animæ & spiritus, compa-*

rum quoque & medullarum, & discretor cogitatum, & intentionum cordis. Præmisit sanctus Apostolus, *vivus est Dei sermo*, ac deinde subiungit, & *efficax*, quia ex vita profluit efficacia, neque efficax erit sermo Dei, nisi fuerit vivus; vivus autem non in charta, aut atramento librorum sacrorum, aut habituali Christianorum sapientia, sed in vitali sanctæ considerationis motu.

Sic autem vivificatum, ad compellendam etiã quantumlibet rebellem voluntatem esse efficacissimum, & supra omnem persuasionem & considerationem humanam fortissimum, manifestè probatur; nam rationes quascunque voluntati proponit intellectus, omnes in solida veritatis ponderatione fundantur, qua moveatur & convincatur voluntas ad sequendam, quod intellectus persuadere nititur, quanto igitur major fuerit certitudo veritatis, tanto majori pondere voluntatem ad operandum inclinabit, & quæ proportio lucis ad tenebras, & humanæ incertitudinis ad divinam infallibilitatem; quam laborat intellectus ut quasi ex profundissima abyssu tenebrarum paulatim eruat ratunculam quandam, à principio ad principium, à conclusione ad conclusionem pedetentim elevando: Fides verò planissima incedens via sincerè, simpliciter, ac nudè certissimam & infallibilem veritatem proponit; tanta procul dubio est distantia, inter intellectum rationis lumine, ac ipsum media vivacitate fidei operantem, quanta inter rem mortuam & vivam, naturalem ac supernaturalem, ac denique humanam & divinam.

Prærogativam istam fidei virtus præcipuè ex Dei ordinatione accepit, qua eam proportionavit DEUS, dediditque vim & efficaciam supernaturalem & divinam, ad excitandam & impellendam voluntatem in spem inensæ bonitatis suæ, quam nobis revelat. Hinc fides canalis est præcipuus, per quem derivat Deus fluentia gratiæ & auxiliorum sicutum: Scintilla est modica, sed quæ inflammat & urit voluntatem nostram, à divini numinis beneficijs inflammata: Hinc iustum ex fide vivere Propheeta asseruit, quia ordinariè DEUS divitias, Thesauros, & alimenta gratiæ suæ mediante vivo fidei habitu communicat.

Qui ergo in hac soliditate fundamentum sui spiritualis ædificii collocat, *assimilabitur viro sapienti, qui ædificavit domum suam supra petram, & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit, fundata enim erat supra petram: Qui verò se in veritate humanorum discursuum fundare nititur, similis erit viro stulto, qui ædificavit super arenam, & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & irruerunt in illam, & cecidit, & fuit ruinâ domus illius magna.*

Ampliori autoritate dignum est, quod ipse D. Salvator noster non argumentationibus naturalibus, sed vivæ fidei exercitio, in auditorum suorum cordib. Evangelium suum plantari voluerit: Apertè id videte licet in historia Evangelica, ubi pleræque Christi Domini responsiones testimonia sunt ex scripturis factis de prompta, quibus interrogantes in viam vivæ fidei dirigeret. Rogabat Scriba Lucæ 10. *Magister quid faciendo vitam æternam possidebo?* at ille dixit in lege quid scriptum est: *quomodo legisti? illi respondens dixit: diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & ex tota anima tua &c.* Ac denique subiungit, *rectè respondisti: sic hoc & vives.* & alibi scrutamini: inquit, *scripturas, illa loquuntur sunt, quæ testimonium perhibent de me.*

Porro exercitium vivificationis fidei his duobus

IESU

spirit.

VIII. non autem secundum iustum

Conc. Trid. sess. 6. c. 6.

1. ubi 2.

Matth. 7.

ibid.

Luc. 10.

Hebr. 4.

bus potissimum punctis in praxim deduci poterit. Primum, quandocunque se offert aliquod opus virtutis arduum, aut alia quacunq; occasione occurrente consideremus, quid circa hoc fides dicat, idque tanta certitudinis vivacitate, imo & majori, quam si oculis corporeis cerneremus, atque exinde, quod alterum punctum est, moveamur ad operandum, unde de ista fide S. Cyril. Hieros. qui meretur fide illum invari ante hujus mundi consummationem, iudicium jam videt, & promissionum retributionem. rem exemplis declarabimus,

Cyrril Hieros. catech. 5.

CAPVT X.

Exempla vivae fidei.

Præcipit superior subdito, ac iungit, rem aliquam. Praxi vivæ fidei erit statim isti particulari actui obedientia applicate regulam Fidei considerando, destinandas flexis genibus exarare solitus erat. S. Gregorius ista fidei vivacitate recipi vult peregrinum: a d. mansas vestras Christum suscipite, ut vos ab eo suscipi ad convivium aeterna valeatis; præbete modo peregrino hospitium, ut vos in iudicio non quasi peregrinos nesciat, sed ut proprios recipiat ad regnum. Dixit enim Hostes eram, & collegistis me, unde & ipse S. Gregorius Dominum in peregrini habitu suscipere meruit.

Luc. 10.

Resignatur Fidei occurrentes, ita actualiter considerate ac certo apprehendere debemus, quasi eas oculis corporeis ante nos cerneremus; neque hoc novum est inventum, S. Paulus Moysem laudans: Invisibilem enim (inquit) tanquam videns sustinuit; & alibi servos, in dominis carnalibus Christum Dominum intueri docet. Servi obedite dominis cum timore & tremore in simplicitate cordis vestri, sicut Christo. non ad oculum servientes, quasi hominibus placentes: sed ut servi Christi factentes voluntatem Dei ex animo. Atque istud est, quod laudans scriptura sacra veteris testamenti iustos, eos coram Deo ambulasse dicit: Unde Deus ad Abraham: Ambula coram me & isto perfectus; & Abraham ad servum suum: Dominus ait, in cuius conspectu ambulabo. Stabat S. P. N. ELIAS in conspectu multorum hominum, sed clariori fidei oculo DEVM sibi præsentem attentè contemplans dicebat: Vivit Dominus DEVS Israël, in cuius conspectu stavit. Virorum & Regum sanctorum, ut Davidis, Ezechias hoc reperimus in signo, quod coram Deo ambulaverunt; ipse etiam Ezechias, Dominum orans inquit: Obsecro Domine, memento quos, quomodo ambulaverim coram te in veritate, Quid est aliud ambulare coram Deo in veritate, nisi in fide, quæ veritas est, apertis fidei oculis exquirere viam mandatorum Dei, ad sanctissimam ejus voluntatem exequendam, & omne quod Dei lex reprobatur, divitias honores, delicias pariter abominari; prout coram Deo ambulaverunt Sancti, de quibus Christus Dominus Samaritanæ dicebat: Sed venit hora, & nunc est quando veri adoratores adorabunt Patrem in spiritu & veritate. Deum nequam templi Hierosolimitani angustijs circumscriptum, sed ubique præsentem aspicient. Conversioni quoque Sanctorum ordinariè reperi-

Ad Heb. 11.

Ad Ephes. 6.

Gen. 17.

Gen. 24.

4. Reg. 17.

4. Reg. 20.

Joan. 4.

rimus dedisse principium, fidei vivæ impulsam. S. Antonius, recte S. Athanasio, in ejus vita, templum ingressus, illa Evangelij verba: Si vis perfectus esse vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus: tanquam sibi à Christo D. dicta suscepit, & continuo perfecit, fugitque in desertum. Scribit quoque S. Bogav. Sanctum Patriarcham Francisum ex auditu Christi D. Evangelio: Nolite possidere aurum neque argentum, neque pecuniam in zona vestra: non peram in via, neque pecuniam neque calceamenta, neque virgam, statim instituit sui, & regulam rationem arripuisse.

Matth. 19. in vita Pa. trum vi. ca. 10. Mat. 10.

Idem ferè de sancto P. N. Hilarione refert S. Hieron. in ejus vitæ Imo, si accuratius examinemus Sanctior. vitas, de hac vivacitate fidei dicere possumus, Hac est, quæ monachis claustra replet, ut olim deserta anachoretis: Hæc est quæ puritatis martyrum cohortibus, & candidato confessorum, virginumque agmine ruinas restituit angelicar. virgineque repetri exitum alcuus peccatoris conversionem, aut vanitatum sæculi repudium sine vivæ fidei impulsu, & virtute.

Virgines invitant dulcia Evangelij verba Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam isti Deum videbunt: Religiosi, qui non renuntiarunt omnibus quæ possident, non possit meus esse discipulus, & si vis perfectus esse, vade, vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; & habebis thesaurum in celo: Altorum inferni intrare compellit, & ingrediuntur per portam fidei, alios attrahit atenoram bonorum promissio, & reportare cupiunt finem fidei suæ, salutem animarum.

Mat. 11. Luca 19. Mat. 14.

Herocis præterea, & admirabilibus Sanctorum factis, aliisque prærogativis fidem vivam nobilitavit Apostolus Epistola ad Hebræos toto capite ad ultimum undecimo post multa, ita subiungit: desicet me tempus enarrantem Gedeon Barac. &c. qui per silem vicerunt regna, operati sunt justitiam, adepti sunt repromissiones, aliaque ibidem adjuncta egregia virtutum opera.

Ista fidei vivacitate ornatus erat S. Spiridon Episcopus, de quo scriptis traditum est, quod in Concilio Niceno 308. Episcoporum Philosophum quandam, quem nullus antea redargute potuerat, ipse simplex, & illiteratus viva fide convicerit: ita historiam hanc profecquitur Concilium Nicenum. Quidam ex confessoribus, simplicissime nature vir, & nihil aliud sciens nisi JESUM Christum, & hunc crucifixum, inter ceteros adorans Episcopos aderat: qui eum vidisset Philosophum insultantem nostris, & callidè se disputationis arte jactantem, poscit ab omnibus locum, vult se paucis cum philosopho sermocinari: tum vero nostris, qui simplicitatem viri, & imperitiam de sermone duntaxat noscunt, pavere, & velut pudorem quandam pati, se forte apud callidos homines risui essetetur sanctæ simplicitatis: perficit tamen senior, & hinc moris sermonis exordium. tu nomine, inquit, JESU Christi philosophie audi, quæ vera sunt. DEUS unus est, qui fecit Cælum & terram, quique homini, quem de limo terrea formaverat spiritum dedit, universa, quæ videntur & quæ non videntur, virtute verbi sui creavit, & spiritus sui sanctificatione, formavit. Hoc verbum, ac sapientia, quem nos Filium dicimus, humanis miseratus errores ex virgine nascitur, & per passionem mortis, à perpetua morte nos liberavit, ac resurrectione sua aeternam nobis consultit vitam, quem expectamus iudicem omnium, quæ gerimus esse venturum; credis hoc ita esse philosophè? At ille, velut nunquam ullum sermonem contradicendis dedisset, ita obstupescens, virtute dictorum, mirus ad omnia hoc solum potuit respondere, ita sibi videtur, nec aliud

verbum

Thom.

Oper.

1. 1. 1.

perant
inquit
cum, &
plu can
diendi
verbis
qua die
verbis
posse
& idem
sentire
sancti
Christi
flum. I
ica mysi
licae de
mus, ac
placuit
tem, &
San
fructum
cum fer
nis voc
sed vide
Exc
Sancti
nradit
videre
cum m
mentat
mas.

S. H
g
illam
centa
enim
mus,
centa
dispe
M
cum
defe
curr
ut q
garu
rabi
lace
fimi
cilij
obe
con
nab
atque
the
cat
nu
dia
mu

b
p
pe
di
de
&

verum esse, quam quod dixerat. Tum senior, si hoc, inquit, ita esse credis, veni & sequere me, ac dominicum, & hujus fidei signaculum suscipe. & Philosophus conversus ad discipulos suos, vel ad eos, qui audiendi gratia convenerant, audite, inquit, donec verbis mecum res gesta est, verba verbis opposui & quæ dicebantur, dicendi arte subverti, ubi verò pro verbis virtus processit, ex ore dicentium, non potuerunt resistere verba virtuti, nec homo adversari DEO, & ideo si quis vestrum potuit in his, quæ dicta sunt sentire, quæ sensi, credat Christo & sequatur hunc senem, in quo locutus est DEUS. Ita Philosophus Christianus effectus est, tandem se gratulatus est illi. Hucusque Acta Concilii: Vir enim sanctus ita mysteria Fidei, quasi ante oculos verfabat, ut sicut de te clarè visa & ad oculum manifesta solemus, admirans diceret philosopho, non hoc vides? placuitque Domino Deo tantam fidei vivacitatem, conversione tam celebri approbare.

Sanctus Egidius socius S. Francisci, ut in fratrum minorum chronico scriptum legimus, cum semel recitari audiret fidei Symbolum, magnis vocibus exclamare cepit: Ne dicatis credo, sed video.

Excellerat plurimum in hac fidei vivacitate Sanctissima mater nostra TERESIA, quæ præ plenitudine fidei dicere solebat: se nequamquam hunc videre, qui Christum Dominum in carne viderent, cum nihil minus per venerabile Eucharistica Sacramentum ad omnem animæ consolationem possideremus.

CAPVT XI.

Similitudinibus magis declaratur vivam Fidem exercendi modus

SI in divino itinere celeriter, & expedite progredi voluerimus, imitari debemus mulierem illam evangelicam, drachmam perditam mox accensa lucerna diligenter quaritantem. Gratiam enim, virtutesque, quas peccatis nostris perdidimus, non aliter recuperare poterimus, quam accensa Fidei face nobis præluentem, & omnem dispellentem errorum caliginem.

Mos est vigilibus civitatem nocte obscura circumambulibus latercula, quam secum absconsam deferunt, ex improviso objecta, quemlibet sibi occurrentem detegere, contingit autem sæpissime, ut qui inter noctis tenebras videbatur esse vulgaris note, per lucem appareat vir gravis, & venerabilis, & è contra, qui putabatur esse aliquid, in luce deprehendatur esse pedisequus, aut aliquis similis latine noctivagus. Ita si fascinois peripicillij mundi hujus, paupertatem, humilitatem, obedientiam, & labores pro Christo exantlatos consideraveris, execraberis rem vilem & abominabilem, sed aufer fascinoem nugacitatis, & attolle fidei lucernam, admiraberis pretiosissimos thesauros: si verò deceptoria sæculi luce, honores, cæteraque, quæ mundus adorat, aspexeris, magnum aliquid esse putabis, sed diffugientibus irradiante veritatis luce tenebris remanet vanitas, futius, mendacium.

Divina quoque veritas, tanquam verus probationis lapis, ad singula discernenda nobis in promptu erit. Exemplum esto. Offerret sese superbæ præsumptio, & dicit, certè es æstimandus, & hoc aut illo honore dignus: Applica fidei examen, videbisque quàm omni confusione, & dedecore, ob innumerabilia peccata sis dignif-

Thom. à Ursu Oper. Tom. 2.

simus: item lapide hoc Lydio honores tange, & fumigabunt: si ingreditur blandè voluptatum, & divitiarum amor, objice fidei lucem, detrahe muliebrem larvam, & ex sacco immunditiæ & turpitudinis exiliet scorpium, videbis, quòd omnis caro foenum, & divitiæ sint spinæ acerrimè pungentes; quarum novissima mordeant ut coluber.

E contratio autem, inhonoratur aliquis, tribulatur, & affligitur, è vestigio verbi Dei faculam manibus atollens, ipsa veritatis luce cognoscit, quanta sit beatitudo, ab hominibus contempti, & persecutionem pati, viamque cæli regiam esse cruce, & afflictiones; atque ideò cavet quàm studiosissimè, ne ullam confusione occasionem præterlabi sinat, sed tanquam probatus aurifex, obvis susceptam ulnis pretiosissimam crucis gemmam in secreto cordis venerandus recondit.

Si igitur luculentum fidei ignem in te cupis succendere, debes rebus omnibus larvam detrahere, & eam faciem, qualem in conspectu divinæ veritatis habent, investigare diligenter, judicia autem mundi altissimè despiciere, & quasi in alia regione versareris, ubi diverso pondere, mensura, ac pretio, res distrahuntur, stateram & æstimationem sæculi hujus, ut adulterinam repudiare, atque ex officina cordis tui eiecere; & res omnes, prout in se sunt, & ineffabili Dei censura dijudicass, sententiam ad verus cæcitate mundi pronuntiabis irrevocabilem: Honorem nihil aliud esse, quàm summam vanitatem, contemptum summam gloriæ, delicias fercus, tormenta delicias, divitiis onus, & inquietudinem, paupertatem allevationem, & requiem, &c.

Egregium nobis circa hæc documentum dedit Seneca, dum in Epistola vigesima quarta verbis notatu dignissimis, sic inquit: Quod accidit Seneca pueris, hoc nobis quoque majusculi pueris evenit. Epist. 24 Illi quos amant, quibus assueverunt, cum quibus ludunt, si personatos vident, expavesunt: non autem hominibus tantum, sed & rebus, demenda persona est, & reddenda sua facies, &c. Et interius modum personam cuique suam reddendi, sic tradit: Pauper siam? inter plures ero. Exul siam? ibi me natum putabo, quò mittar: Alligabor? quid enim, nisi solutus sum? ad hoc me natura & gravis pondus mei corporis adstrinxit. Moriar. hoc dicit; desinam egrotare posse, desinam alligari posse, desinam mori posse. Hucusque Seneca: ut revera pudendum sit, vanis nos terribilamentis, & falsissimis apprehensionibus à via Domini, tanquam dura & aspera deterteri, quam si generosè, & magnanimiter calcare inceperimus, mox ineffabilium bonorum certa spes, gratia insuper, & protectio Dei cæli, non irritabili promissione firmata, umbram timoris fugabit, & incredibili nos circumdabit lætitia.

CAPVT XII.

Germanus sensus verborum Prophete, Iustus autem in fide sua vivet.

PRæcedentibus capitibus, DEO favente, ostendimus, modum & praxim exsuscitandi gratiam, quæ data est nobis in illuminatione lucis fidei,

B in

in qua iustus omni ætati & statui suo convenientem cibum utiliter, & suaviter manducare possit, & quia plurima circa explicationem illius loci *Iustus in fide sua vivet*, in prologo annotavimus, quæ ibi videri facile poterunt, ideo superfedebimus ab ampliori hujus loci expositione.

CAPVT XIII.

Quòd non solum iustus, sed etiam peccator ex fide vivat.

Cum absque ulla controversia in confesso sit, vitam animæ spirituales esse gratiam, certum quoque esse debet, quidquid ad illam fovendam & consequendam conducit, dici quoque debere principium & fomentum vitæ spiritualis; hoc igitur capitulo probare intendimus, peccatorem ordinariè ex morte peccati ad vitam reduci gratiæ, vi, efficaciam, ac virtute fidei, omnesque ad justificationem dispositiones fidei vivacitate foveti, donec igne charitatis succendantur.

Non enim docere volumus, quod falsò sibi imaginantur hæretici, fide solâ hominem justificari; verùm, quia prolaxas hinc non prosequimur disputationes, eos depravatis suis affectibus potius, quàm veritate S. Scripturæ motas apud alios confutatos, pertranfivimus, solumque brevi, & pio Tractatu Christianum Lectorem instruere volumus, qualiter à peccatis, in quæ fortè lapsus fuerit, resurgere, & ad justificationis gratiam se disponere fidei, quæ remanet, ex suscitatione valeat.

Primò itaque pro certo statuimus, veritatem istam in sacro Concilio Tridentino determinatam, solam fidem ad justificationem non sufficere, sed alias requiri dispositiones, quas ibidem recenlet, timorem DEI, spem misericordiam, affectum amoris, propositum suscipiendi Sacramenta, vitæque per veram mandatorum DEI observationem in melius commutandæ.

Istorum tamen omnium primum & radicale fundamentum est fides, ut docet sanctus Augustinus libro de prædestinatione Sanctorum, capite 7. *Quia ipsa prima datur, ut impetrentur cætera.* Et S. Prosper: *Fides enim, inquit, quæ est iustitiæ fundamentum, quam nulla bona opera præcedunt, & ex qua omnia procedunt, ipsa nos à peccatis omnibus purgat, mentes nostras illuminat, DEO conciliat, cunctis participibus natura nostra consociat, spem nobis futura remunerationis inspirat, auget in nobis virtutes sanctas, ac nos in earum possessione confirmat.* Atque insuper reliquas ad justificationem dispositiones debetè ordinat, in praxim reducit, & modum iis fructuosè utendi docet; nam fides est velut lucerna, quam mulier evangelica, id est, anima nostra, ad disquirendam drachmam gratiæ perditam accendit, quæ non seipsam solum illustrat, sed & omnes, quæ circumquaque oboriuntur tenebras, sua luce dispellit, cæteraque consequendæ justificationis media manifestans, viam clarat, ac facilem æternæ salutis præbet.

Modus justificationis peccatorum per vivam fidem praxim. §. 1.

AD majorem horum intelligentiam, modum ipsum justificationis peccatorum, per

fidei vivæ praxim attingamus. Sæpissimè ergo homini in profundissima vitiorum voragine demerso, subito irradiat à DEO Lux quædam, id est, exsuscitatur fidei scintilla sub peccatorum cæno emortua, & exoritur intellectui supernaturalis cognitio, qua quasi ex gravi somno excitatus, quasdam fidei veritates vivaciter cognoscit, ut abominabilem peccati foeditatem, vanitatem rerum mundanarum, præsentissimum, in quo degit, periculum: quibus adjungitur viva exactissima DEI Justitiæ representatio, & ab alia parte sese offert verè poenitenti amplissimus divinæ misericordiam sinus.

Atque hæc lux lapis fundamentalis est, quæ ædificatore DEO supercrefcit ædificium spiritus, usque ad perfectum structuræ cælestis tabernaculum. Hinc soluta à vinculis diaboli naris, semper cum luce hac procedens, tandem ad patriam securitatis, & portum gratiæ feliciter appellit.

Hic primus fons, fides est, unde cætera profuunt, prima planta, quam DEUS in anima plantat, ex qua reliqua germinant.

Primum, quod ab informis mundi creatione fecit DEUS, primumque quod dixit, erat: *Fiat lux, & facta est lux;* ita quoque anima per peccatum deformata, tenebrisque abyssum peccatorum circumambientibus, primum dicit DEUS: *Fiat lux;* sive accendatur emortua fidei candela, & statim fit lux; & accensa candela dispelluntur tenebræ, apparent fertidissima erimonia cloaca, coruscant flammans divina ultionis gladius, deteguntur præcipitia, & coangustata extremis anxietatibus anima, elata lucerna ad serenitatem aspirat bonitatis divinæ, ad quam quia affectibus timoris, amoris, spei, contritionis, &c. per eandem fidei lucem sibi demonstrari cœnit viam, incipit toto corde detestari peccati foeditatem, & gravitatem, & divinam justitiam, peccatorum simul æternarum horribiles cruciatu perimere, quibus dignam se esse cognoscit; tum per auxilium divinæ misericordiam gratiam, aliæque vitæ æternæ bona fiducialiter sperare: Ac denique discussa diligenter conscientia, veram de peccatis suis contritionem, quam ad justificationem efficacissimam esse cognoscit, firmamque satisfaciendi, & de cætero non peccandi propositum concepit, universa sua crimina clavibus Ecclesiæ sibi fide revelatis subjicit, & Sacramento reconciliationis emundata gratiæ splendore, in novam transformatur creaturam.

Ecce, qualiter omnium horum actuum directrix & magistra est fides etiam peccatoris, quæ licet initio sine charitate informis sit, ac per consequens etiam mortua dici possit, secundùm tamen sanctum Jacobum, qui fidem mortuam eam vocat, quæ sine operibus est, viva & vivificans appellari debet, cum ex ea nascantur opera, quæ sunt semina vitæ æternæ, & fit principium unde incipit justificatio.

Cur in Scriptura sacra justificatio fidei attribuitur? §. 2.

Colligi ex prædictis potest, cur in Scriptura sacra justificationem fidei attributam legamus, non quod sola ad eam sufficiat, sed quia, ut inquit Conc. Trid. *Fides est humana salutis initium, fundamentum, & radix omnis justitiæ, sine qua impossibile est placere Deo, &c.* ac præterea, quia reliquarum dispositionum praxim, plurimum à fidei luce & magisterio dependet.

Non

Non minus notata dignum est, sacram Scripturam variis ac diversis operibus, gratiam Justificationis solere attribuere: hinc de elemosyna legimus: *ignem ardentem extinguit aqua, & elemosyna reficit peccatum.* De timore Domini: *Timor Domini fons vita.* Et alibi: *Timor Domini expulit peccatum.* De spe: *Qui verò sperat in Domino, sanabitur;* ut intelligamus, singula quidem plurimum juvare, sed nequaquam sine aliorum confortio, & promerendam justificationis gratiam sufficere.

Denique, si diligenter, quæ de Fide in Scriptura sacra dicuntur, expendimus, reperiemus eam, tanquam virtutem universalem cæterarum virtutum aëribus insigniri, ut amplè patet in *Epistola ad Hebræos*, ubi Apostolus admirabilia opera Sanctorum Fide perpetrata enumerans, aliarum virtutum exercitia fidei attribuit: unde, quot, inquit, qui *per fidelem vicerunt regna*, fortitudini proprium est, *operati sunt iustitiam, adepti sunt re-promissiones*, iustitiam & spei: præterea sacrificium Abel, obedientiam Abraham, cæterosque virtutum ibi recensitarum actus, fidei, tanquam universali, cæterisque imperanti attribuit: Atque hoc etiam sensu fidem justificare dicimus, quia ad eam reliquarum virtutum actus referri intelliguntur.

CAPUT XIV.

De mundi fallacijs, & qualiter eas fides cor expurgando detegat ac dissipet.

SANCTUS Petrus in Actibus Apostolorum, patris verbis, præclaros fidei effectus complectens, *Fide* (inquit) *purificans corda eorum*, egregiam aperiens fidei prerogativam: quantum enim bonum sit cordis puritas, ex verbis Domini Salvatoris aperit liquet, quibus eam inter præcipuas enumerans beatitudines, ait: *Beati mundo corde, quoniam ipsi DEUM videbunt*: ipsa enim animam capacem reddit, ad summæ Divinitatis contemplationem sublimem, ac altissimam, quæ in hoc exilio peregrinantibus permissi solet. Cordis porro mundiciem operatur fides, errorum & affectuum, qui animam commaculant, evacuatione, idque tribus præsertim modis.

Primo: Purificat fides cor nostrum ab ignorantia & ruditate, ut depuratus intellectus, facilius possit ad rerum divinarum cognitionem asurgere: nam quemadmodum latius supra est explicatum, sicut DEUS infinite excedit omnem naturam creatam, ita quoque Dei cognitio omnem naturalem intelligendi capacitatem infinite transcendit, & idcirco impura merito censetur acies humanæ rationis, non ob errorum corruptionem solum, sed insuper ob naturalem ad res divinas ineptiam, & terrenæ domus suæ stricteffimam unionem, ut ad rerum divinarum splendorem amplius caliget, quam oculus nocturnæ ad Solem.

Naturale præterea est homini, nisi viderit, non credere, sed in omnibus fluctuare & dubitare, à qua etiam inconstantia, & mobilitate mirabiliter expurgat lucis supernaturalis fidei sublimitas, & certitudo, quæ intellectum à rebus his terrenis, & infamis subulizatum, elevat, & tanta

Thom. à Jesu Oper. Tom. 2.

firmitate confortat, ut certius & constantius incomprehensibilibus mysteriis credat, quam si aut cernerentur oculis, aut scientifica demonstratione cognoscerentur, quod invicta Martyrum innumerabilium constantia abundè attestatur.

Secundò per virtutem fidei emundatur cor à fermento errorum circa Deum, & res divinas. Hinc per eam exulat idololatria, & indies, ut noctis tenebræ ad exortum Solis, expelluntur ac intereunt hæreses: verum hæc ad speculativam intellectus expurgationem solummodo pertinent, sed fides practica ulterius procedit, & ab iis erroribus potentias emundat, quæ sunt inordinatarum affectionum, & passionum seminaria, & fontes macularum animæ, quas dum eluit, sentinam quoque affectuum expurgat.

Propter peccati cæcitate omnes quasi innascimur, & involvimur spinis & tribulis errorum & falsitatum; unde ad tantam pervenimus miseriam, ut etiam ii, qui religione Christiani censentur, eadem, quæ gentiles idololatræ, circa res agendas iudicii inordinatione, & passionum affectione obtrebentur. An aliquando inter Romanos tantò inter Christianos? aut minus, à quibusdam ex ovili Christi, toto corde quærentur divitiæ, & voluptates, quam olim ab Epicuri de grege porcis? quid dicemus? aut unde tantum populo Christiano malum? somno profundissimo sepulti sunt, passionum suarum phrænesi dementati sunt, sub Dæmonis tyrannide fascinati sunt: quas tres rationes, admirabilium deceptionum mundi deinceps hoc capite latius prosequemur; unde sit

§. I.

Cur ita in rerum iudicio homines decipiuntur?

PRIMA CAUSA.

PRIMA tam miserabilis Christianorum deceptionis causa est, profunda dormitancia & vitiorum lethargus.

Docet quotidiana experientia, homines inter dormiendum somniantes decipi: nam ut S. Augustinus tradit *l. 12. super Genesim, cap. 12. Vera corpora esse arbitrantur, quorum similitudines in somnis videntur*; & S. Thomas probat, per ligamentum sensus, ligari iudicium intellectus: sic somniantes terribiliter quidem, sed vanè, ad solam rei imaginem exhorrescunt; sic avarus thesaurum in somnis invento sibi congratulatur, & nihil aliud possidet, quam propriæ imaginationis figmenta invicem sibi succedentia, quæ vana spe illudunt gaudentem; nam cum prædominetur imaginatio, iudicio rationis sopito, necessarium est omnia confundi, & delirare, quemadmodum in amentibus manifestum est.

Imaginatio enim tunc suum necessariò exercet officium, id est, figuras varias, & multiplices chimæras adeò ad vivum, ac si realiter adessent, repræsentat: & hoc fortasse intelligi voluit Aristoteles, dum dixit, imaginatio facit casum, quæ si non corrigantur à potentia aliqua superiori, manet homo illusus, & suismet apprehensionibus deceptus.

Quoniam porro pacto somnians à vanis suis illusionibus excitabitur? illucescat necesse est lux

B 2 ratio.

IESU

spirit.

rationis superior, quæ imaginationem corrigens, somniorum vanitatem manifestet & dissipet: unde videmus hominem expergefactum, rationis luce, antea simul cum sensibus sopita, evigilante, omnia tanquam vanitatem & mendacia rejicere, ac tandem reflexum supra seipsum petfectum de rebus ferre judicium.

Ita planè contingit peccatoribus in somno, & in somniis peccatorum volutatus; de quibus *Psal. 127.* Regius Propheta: *Velut somnium surgentium Domine in civitate tua imaginem ipsorum ad nihilum rediges.* Et alibi: *Dormierunt somnum suum, & nihil invenerunt omnes viri divitiarum in manibus suis.* Quid est, dormierunt somnum suum, nisi quòd talem transegerint vitam, ut non vita, sed somnus dici debeat: cum vixerint sine vita, ligato iudicio, sepulta ratione, vanis rerum imaginibus decepti, & absorpti terrenarum voluptatum, ceu blando syrenum cantu consopiti, & quasi perpetuo peccatorum somno demersi. Eheu, quantum erit lamenti, & va, quando apertis rationis oculis verè, sed nimium serò in medio se conspicient horribilium cruciatuum inferni, & præ peenarum, quas tolerabunt, extremis doloribus indici-biliter ululate incipient!

Ephes. 5. *Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus.* Surge, & teris oculis considera totius mundanæ felicitatis fallaciam; nonne ei apprimè congruit, quod inquit *Isaias:* *Sicut somniat esuriens, & comedit, cum autem expergefactus fuerit, vacua est anima eius; & sicut somniat sitiens, & bibit, & postquam fuerit expergefactus, lassus natus fuit, & anima eius vacua est.*

Isa. 29. Quoties jactat homo se divitem & opulentum, & congratulatur sibi reconditis bonis in annos plurimos: sed somnium solum est & imago tenuissima, aut quid tandem est, cum dicitur: *Stulte, hac nocte reperit animam tuam à te, qua autem parasti, cujus eris? Quoties trepidat timore, ubi non est timor; aut exultat, cum districtus divini iudicii ensis super impia cervice pender: quid est hoc aliud, nisi quòd delusus vanis phantasmaticis sæculi hujus, sub apparentia alicujus boni lucent fidei ligatam & emortuam jactare permittit.*

Secunda causa, ab infirmitate corporali similitudine desumpta. §. 2.

Nascitur etiam perversum & stultum hominis de rebus mundi hujus iudicium ex infirmitate, phrænesi, ac dementia quadam spirituali nam sicut ex infirmitate corporali, & humorum intemperie, iudicium rationis corrumpitur, ita quoque & multò amplius, vitiosis passionum æstibus, & inordinatarum affectionum intemperie, necesse est, rectum rationis iudicium confundi, ac delirare.

Medici discernendæ phrænesis causa observare solent, num adhuc sanum & rectum, tum sensuum, tum rationis in verbis & factis appareat iudicium: si non, infallibiliter phræneticum pronuntiant, & ut talem arctè custodiri demandant. Quo argumento se fundabat magnus ille Philosophus Democritus, ut probaret Hippocrati, omnes homines esse ægros & stultos: quod ita vivaciter intellexit, ut semper ac continuo tota vita ridens, non aliter sibi repræsentaret mundum, quam velut domicilium stultorum, & delictorum, quorum vita, gratior esset ad excitandum risum comedia. Quod

quidem Democrito tam extraordinarij risus causa: Heraclito è contra fuit continui plangens & lachrimarum; sicut cum filius familias gravi morbo periclitatur, plorat Pater? Mater velut mœrore & dementata contorquet brachia, vel lit crines: famoli, quos ægroti susus, aut motus non attingit, intra se ægroti ridet deliria, & insanos gestus: ita repræsentantur mihi isti duo philosophi: unus quidem, tanquam fidus hominum amicus, qui suorum infirmitate admodum contristetur, & doleat: Alter tanquam extraneus, qui à foris phræneticam hominum videns stultitiam, continuum præ admiratione cachinnum non valeat cohibere.

Apparet perspicuè hæc stultitia, & exacerbata dementia, ex varietate & inconsistentia iudiciorum, quibus mundani & peccatores, falsò quisque, secundum passionis & affectionis suæ appetitum, res æstimant. Naturalistæ philosophi in hoc conveniunt, quod, ut potentia cognitivæ verum, & sanum, iudicium serant, deputatæ esse debeant, & nequaquam objecti sui qualitatibus infectæ, alioquin gravissimè deceptæ. Fingamus homines quatuor, potentia visivæ organum, verbi gratia, humorem crystallinum habentes infectum: unum gutta sanguinea, alium coleta, tertium phlegmate, ac quartum denique melancholia? apponatur illis pars panni cartulei, ut ex visu de colore dijudicent, continuo primus robri coloris esse pronuntiabit, alter flavi, tertius albi, ac quartus denique nigri? Similiter si linguam diversorum quatuor istis humoribus infectis, hauritum aquæ potam primus iudicabit dulcem, secundus amarum, tertius salsum, & quartus acidum. Ecce, quanta iudiciorum in duabus istis potentijs diversitas, & falsitas, cum nullus veram objecti sui, sed suæ tantum infectionis attingat qualiterem? Idem omnino reperire est in interioribus anime potentijs, quæ secundum prædominantem vitiorum diversorum humorem, & variarum passionum impetum, in multiplicia ordinariè iudicia turpissimè labuntur: nam teste Aristot: qualis quisque est, tales alios æstimat. Avarus felicitatem suam in divitijs collocat, superbus honorem, ut Idolum suum veneratur, voluptuosorum Deus venter est, & gloria in confusione ipsorum. Sed quid? oculos habent, & non vident, aures habent, & non audiunt; increasatam enim è hebetatum est cor eorum, & interni animæ sensus blanda mundi fraude infecti ac decepti sunt, & inebriati Babylonice metetricis aureo poculo, sed abominationibus pleno, pro bonitate amplectuntur umbram, pro felicitate miseriam, turbati enim & moti sunt, sicut ebrius & omnis sapientia eorum devorata est.

Tertia deceptionis mundanorum causa est Dæmon. §. 3.

Qui veneficio, alicujus incantatoris fascino- tos habent oculos eximia palatia, præta, pomaria, aliaque similia multa videt & arbitrat, & non est aliud, quàm, quod ligatis oculis Dæmon species istas, & imagines repræsentet, cum in rei veritate, nihil horum videant, multò porro subtilius in interioribus animæ sensibus rerum mundanarum dæmon depingit imagines, quas, licèt tantummodo sint lineæ superficiales veri boni, ita tamen vivaciter & efficaciter impingit, ac repræsentat, ut veri boni felicitate relictæ,

ejus umbram (ut loquitur Plato) apprehendere nitantur.

Hinc vivunt homines, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus, ut apprens pro vero, pictum pro vivo, sine discretionem amplectantur: sicque vitam hanc omnium felicitatis expectem, boni apparentia delusus, ut inquit Propheta David: In imagine pertransiit homo, & torus insuper mundus aliud nihil, quam imago aut pictura boni est, aut tragica representatio, qua distinetur & occupantur mundani à prætereunte figura hujus mundi, ne attollere valeant oculos, ad veræ beatitudinis lucem, & veris animam effluentem satiare bonis: Fascinatio enim nungatur (ut inquit Sapiens) obscurat bona, & inconstantia concupiscentia transvertit sensum sine malitia.

144

Ex omnibus istis capitibus & principiis falsa hominum de rebus opinio & æstimatio, & iniquum pondus profuit; nam ita sopiti, vitiati, corrupti, inebriati, incantati, exæcati sunt terrenarum voluptatum veneno, sensus eorum, ut non sit, qui valeat reprobare malum, & eligere bonum: & idcirco ita aperte omnes homines mendaces appellat David: Vani (inquit) filij hominum mendaces filij hominum in stateris, ut decipiant isti de vanitate in idipsam. Et alio loco: Omnia colore mendax.

psal. 61.

psal. 115.

Mendaces merito homines dixit in stateris suis Spiritus sanctus, qui tam iniquo pondere, & statera utuntur dolosa, ut punctum honoris univervo præponderet celo, & si momentaneam voluptatem in una, & cuncta emendationis vitæ pondera in altera posterius bilancis parte, descendet cum suis amatoribus, voluptatis umbraticæ instans, tam profundè, ut in inferno positos mors æterna deprecatur.

Fidei adversus prædicta collyrium. S. 4.

Verum non ista iniquitatis statera creaturas suas vult ponderare DEUS, sed in pondere Sanctuarum, quod est pondus fidei, verum & fidele. Hic appende caelestia & temporalia bona, & videbis unicum gratiæ & caritatis gradum, aut optobrium Christi nomine toleratum, utervis præponderare divitiis, voluptatibus, honoribus.

Istud est infallibilis veritatis certissimum pretium, quod omnium artifex & Rex Christus Dominus doctrina & exemplo suo imposuit. Considerabat namque Dominus è caelorum habitaculo forum, & nundinas hujus mundi, mercatores & negotiatores ejus, contractus futiles, & pretiosissimæ substantiæ pro rebus inutilibus & vanis stultam commutationem, & tactus dolore cordis, per Prophetam suum clamat: Quare appendit argentum non in panibus, & laborem vestrum non in saturitate? Cumque non sufficerent voces multifariæ Prophetarum, novissimè ipse DEI Filius in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo, in isto mundi foro visus, & cum hominibus conversatus, mercium istarum quisquilias opere contemnens, & sermone earum vilitatem aperiens, potentia & sapientia sua detexit, & petripit fraudulentiam venditorum demonum, tam carè mortem æternam vendentium, singulisque valoris imponens pretium, abrogato priori pretio contractum, quæ censebantur vilia, sublimavit, ut nobilissima, & quæ pretiosa, ut vilissima, damnavit, ut latius sequenti libro dicetur.

Thom. à Jesu Oper. Tom. 2.

Unde adversus prædictas fascinoes, deliria, phræneses, collyrium, & præstantissimum remedium erit, ut lux ista fidei, & illuminatio vitæ doctrinæ, ac appreciationis JESU Christi fulgeat in cordibus nostris, quæ profunda penetrans, superficialiæ rerum æstimationem, sensuumque phantasma corrigit.

Videmus enim somniantes mille intricatos impertinentiis, expergestos luce rationis suis erroribus expediti, una nimirum potentia interiori aliam illuminante, eodem etiam modo unum sensum ab alio corrigi, experientia docet: nam quædam camporum gramina visus minus arbitratur formosissima, quæ si appropinquas decerpseris, mox præ festore à te excussa abominaberis, tactu & odore visum corrigentibus: Ita quoque necesse est peccatorem, facientem, ac emortuam fidei faciem attollere, ac vivificare, & cor suum tor phantasmatis & erroribus illustrare, & pollutum diligenter illustrare, ut tandem à somno mortis expergestus, correctis & purificatis tam sensibus, quam judicio rationis, antiquos demeritæ suæ errores penitus à se profligatos pethorrescat.

Simile quiddam accidere solet viatori nocte tenebrosa ab itinere in avia aberranti; qui in antrum concedens obdormit, porro expergestus Sole illucescente, proximum se reperit hinc leonis aut basilicæ speluncæ, istinc altissimo præcipitio vix duobus distante passibus, & admirans non cessat signare se, & ad tam præsentium periculorum evasione obtupestere.

Periculosius multo jacent somno mortis sepulti peccatores, quando Sole fidei internam mentis aciem illustrante, novos spiritus oculos aperiant, & se cernentes circumquaque periculis constipatos, satis mirati non possunt, quomodo pro vita mortem, pro felicitate miseriam, pro bonis amplexati sint mala, ac pro malis abominati bona. Ita illucescens aurora fidei, fulgentissima luce sua, mentis tenebras tranverberat, visum animæ sanat, oculorum cataractas, animi nimirum passionem, & perturbationes dissolvit, sicque abundanter officium sibi proprium adimplens expurgat, & purificat corda mundanorum, ut intoxicata illa infectione, & demoniacæ fascinatione ablata, infallibiliter judicet homo, & certissimè discernat inter veritatem & mendacium, & vivas diaboli picturas, vacuaque felicitatis effigies, jam in veritate degens, veritatem apprimè cognoscat, & larvas fallitatis detrahens, nativam rerum dereget faciem.

Hæc omnia intellexit Propheta, cum dixit: Justus autem in fide sua vivet. Sicut enim peccator pascitur somniis, nutritur figuris, & imaginibus sustentatur, vanisque perpericiorum mundi stulticiis, phantasmatis, & apprehensionibus convivatur: Ita è contrario justus alitur veritate, & relicta superficialium rerum apparentia, medulla impinguatur, & vera roboratur fidei substantia; idcirco enim fidem substantiam appellavit Apostolus, ut eam à transitoriarum rerum accidentibus, & umbris discerneret. Sicut præterea ex falsa æstimatione incidunt peccatores in deceptionem mortis, ita per vitale lucis fidei principium in veritatem vitæ aspirant justus.

* * *

B 3

CAP. XV.

JESU

spirit.

extraordinarij...
ra fuit...
m filius...
at Pater? Miter...
torque bracia...
egroti salus...
egroti vident...
elecentur...
m in firmate...
Alet tanquam...
icam hominum...
oz admiratione...
ec stulticia, &...
etate & incantat...
ani & peccatores...
oms & afflictio...
Naturaliter...
quod, ut potenter...
judicium ferat...
quom objecti...
in gravissimè...
quæque, & pot...
tia, humorum...
a: unum genus...
phlegmaticum...
apponatur...
de colore...
oloris esse...
ac quartum...
diversorum...
haustum...
secundus...
idum. Ecce...
suis potest...
eram objecti...
tingat...
interionibus...
dominantem...
, & varium...
cia ordinant...
ste Aristot: qui...
nat. Avaritia...
, superbi...
ur, voluptat...
consulione...
non vident...
cris sum...
intectu...
ti ac decept...
ticis aureo...
pro bonitate...
licitate nullum...
ut ebrius & c...

Isai. 55.

causa est Domini

antatoris...
palatia, fatis...
idere se...
mod ligas...
nes repræsent...
videant, m...
innæ sensib...
ngit imagines...
æz superbia...
ficaciter imp...
elicitate red...
eja

C A P V T X V.

Conclusio hujus Libri, adjunctis quibusdam documentis.

Cum igitur tot, tantique sint virtutis Fidei fructus, & effectus, præcipuus Christiani conatus huc eniti debet, ut virtutem illam, & radicem tot bonorum feracem, egregiè excolat, ac labore & sudore suo fœcundet. Præcipuus enim hortulani diligentia radicem irrigat arboris, expurgat, fimo cooperit, & ut magis aquæ, Solisque penetrationi pateat, tetram adjacentem removeat, non ignari, quidquid radici præstatur beneficii, ab ea in totam arborem derivari. Ita quoque Christianæ perfectionis avidum, & salutaris animæ suæ cultorem, maximo labore decet Maria 2. virtutem fidei exercere, ut de die in diem in se & 4 Tomo Oper. Dei cognitionem augmentans, in ejus quoque amore cæterisque virtutibus exerceatur.

Legendu
de hujus V.
P à Jolu
Maria 2.
& 4 Tomo
Oper.
suorum,
qui in
diversis
opusculis
præclarè
de hac
argumēto
differit,
& optima
tradit
documenta.

Nec penitendo labore fatigabitur, sed vix ullo negotio, mox quidem promptissimus erit ad assensum altissimorum mysteriorum, & incomprehensibilem artuculorum Fidei nostræ tam vivaciter apprehendens, ut admirabili penetratione ad eorum medullam, & intimam dignitatem pertingat, tum etiam excorticatis difficultatibus, in purissimis ac nobilissimis veritatibus divinis, omnem scientiam humanam excedentibus, suavisimum animæ suæ pastum ac nutrimentum repetiet: Confirmabitur insuper in fidei nostræ veritatibus tam efficaciter, ut eas non tanquam præteritas, sed quasi sibi jam nunc præsentis, vivaci oculo contempletur, & manibus (sicut dicere liceat) arcana ejus contrectet.

Et quamvis hæc doctrina sit omnibus Christianis communis, particulariùs tamen, & uberi admodum fructu is utilissima est, qui exercitio orationis invigilant, quibus præcipuum fundamentum ponimus, indes magis magisque Fidem exultant: si enim Dei charitatem frequentibus, & ferventibus amoris actibus augere allaborant, non minori cura & sollicitudine, in fundanda ejus solida basi, quæ est viva fidei cognitio, anniti debent: nam pro mensura fidei, erit & charitatis modus.

Admonuit id Apostolus, dum ad Rom. scribens, ait: *Non enim erubescit Evangelium, virtus enim DEI est in salutem omni credenti, Judæo primùm, & Græco. Iustitia enim DEI in eo revelatur ex fide in fidem.* Ecce quomodo sanctus Apostolus non contentus, Evangelium, virtutem DEI nuncupasse in salutem omni credenti, quod superius à nobis explicatum est; insuper, iustitiam Dei revelari docet de fide in fidem: quasi diceret, nobis manifestari Dei iustitiam, sive modum veram obtinendi, & perficendi iustitiam ex fide in fidem, id est, secundum fidei augmentum, ad majorem accretionem fidei imperfectæ in perfectam, ac in eam, quæ dono Spiritus sancti attribuitur; ac denique in eam, quæ *gratia gratis data* nuncupatur, quæ heroicis actibus, ac tanta certitudine pollet, ut fidei mysteria evidenter cernere, non obscure credere videatur; ut de sancto Agudio exclamante: *Ne dicatis credo, sed video*, lupertus narratum est.

Rom. 1.

Veritatum fidei diligens exploratio, quanta super omnes alias consideraciones prerogativa polleat. §. 1.

Quòd si ad tantam exercitio hoc pertingatur, ut revera pertingitur, fidei certitudinem: magna certe compassione dignum est, & unum ex præcipuis divinæ iustitiæ in Ecclesiâ, ob peccata nostra flagellis, infallibiles istas veritates, quasi in aigulos rejici, & cæca oblivione sepeliri, & vivum istum ignem, animam non solum irradiantem, sed admirabiliter inflammantem negligi, & extingui, & viros etiam spirituales venari speculatiunculas, & tenues aliquot confidatationes, quæ in tantum profunt, in quantum ad excusitandum sepultum fidei ignem, altiusque radicandas fidei veritates adhibentur.

Quàm pauci certe sunt, qui in hoc tam solido infallibilium, & æternarum veritatum fundamento pedem figunt: nam licet aliqui utantur, non insistant tamen, sed leniter, & siccè, ut reliquis consideraciones, eas quoque prætergrediantur: quibus tamen non vulgariter aut trivialiter, sed cum matura ponderatione certitudinis, æternitatis, infallibilitatis, & infallibilitatis earum foret inhaerendum, attentè perpendendo, qualiter in divina veritate radicatas, & ab ore Divinitatis promanantes, tamò majori efficacitæ prerogativa intellectum illuminare, & incendere voluntatem valeant, quantò reliquis omnes veritates majori, imò & infinito intervallo post se relinquunt.

Hinc causam assignare poterimus fati mitæ eujusdam experientie, quam quotidie in personis spiritualibus advertere licet: videmus namque repetiti sæpiùs personas idiotas, admodumque simplices, absque discursu, & consideratationibus, ita in veritate confirmatos, ita ab omni mundana deceptione immunes, tam in virtute radicatos, in mortificatione, & labore constantes, ut stupore, & admiratione dignissimum sit, ex adverso autem, alios videmus plenis buccis perfectionem venditantes, ingenio etiam, & doctrina præstantes, post multos exercitio orationis, & divini colloquii, in agglomerandis se constancinandis rationibus, modis ac motiva virtutis acquirendæ, annos indefesso studio exantlatos, veræ tamen veritatis, ac divinæ lucis vacuos, sine soliditatis fidei pondere, inconstantes, & absque firmo Christianæ iustitiæ fundamento, in lubrico rationum humanarum labiles, & ad singulas difficultates ruitæ proximatos.

Ingenue id mihi confessus est vir quidam spiritualis, qui introgressus hoc vivæ fidei iter, multis lachrymis perditum antea vitæ tempus deflexis, spatio plurimorum annorum studii orationis, minus se fructus percipisse asserbat, quàm paucis diebus exercitii vivæ fidei, neque ulli veræ soliditati hæcenus innoxium, quousque divinæ læci virtutis hujus appropinquasset.

Hinc, ut diximus, nascitur tot hominum in virtute inconstancia, & tanta orationis ipsorum inutilitas, & infecunditas, imò & multorum deceptio, qua jam optimè se meditato esse persuasum habent dum studio & discursibus vacantes, ne punctum quidem veræ orationis attingerunt.

Quenam igitur est hujus differentie radix & ratio? non alia certe, quàm quòd priores viam intrarunt, per quam spargitur lux: viam fidei, quam

quam DEVS cordibus nostris infudit ad illuminandam rationem, & voluntatem inflammandam; sicque ingressi sunt, per divinæ dispositionis ostium. Alij vero, etraverunt in solitudine rationum humanarum, & argumentationum naturalium, quæ amori divino infundendo, minus proportionatæ, cum supernaturali, & efficacissimo fidei vivæ medio, comparari nequaquam possunt.

Qualiter alijs considerationibus uti possimus. §. 2.

Non intendimus sanctas meditationes, & considerationes, quæ multum etiam utilitatis habent, improbare, & profligat eas tantum admodum volumus. Primum, ut ad refuscitandam

fidei gratiam directæ, magis magisque, divinas fidei veritates, in animam infillant, & radicent. Secundum: quod animæ in via spirituali provectæ, ut brevissimo temporis spatio multum itineris expediant, non ita inhaereant considerationibus, quibus tamen aliquando, ariditatis præsertim tempore, sicut & rebus quibuscuque fidem excitantibus, uti debent, sed magis in omnibus operibus, & occasionibus, fide, tanquam præcipuo accendendæ voluntatis nostræ, & divinæ adimplendæ instrumento sedulo utantur. Sic igitur vivit justus ex fide sua, & in omnibus necessitatibus, tribulationibus, prosperitatibus, & adversitatibus, eam si bello considerationis exsiccans, divini Numinis in se accenso amore, nutritur ac sustentatur.

FINIS LIBRI PRIMI.

LIBER SECUNDUS,

Fidei vivæ in virtutum singularum exercitio praxis.

CAPVT I.

Fidei practicæ exercitium singularum virtutum perfectioni plurimum conducit.



FIDEI virtus vivaciter exercitata, efficacissimum est virtutum acquirendarum medium, & securissimum vacuum in vorticibus periculorum, & laborum hujus vitæ; solidum enim, & unicum est, totius operæ spiritualis fundamentum.

Sicut ergo prima & possissima artificis sollicitudo est in ponendo ædificij fundamento, cui reliqua superstruatur machina, ita quoque omni diligentia, & studio anniti debet Christianus, ut fidem veram reliquarum virtutum basim tam aptè firmiterque concinet, ut totam ædificij structuram ad caelos supererectentem, non gravatè, & absque ruinæ periculo sustineat; ideoque enim Apostolus fidem substantiam nominavit, tanquam fortiter subsistens terrenis sperandarum fundamentum, & reliquorum, quasi accidentium, substantiale subiectum.

In libro Apocalypsis S. Joannis Apostoli, primum civitatis illius Dei fundamentalem lapidem legitur fuisse Jaspidem; quod si penitus introspectetur, mysterio non vacat; nam videtur in uno Jaspide natura cæterarum omnium gemmarum, colores quasi deposuisse: album Adamantis, rubeum Rubini, viridem Smaragdi, caeruleum Topazij, & flavum Amethysti: quod aptissime vivæ fidei naturam exprimit: nam patimodo, in illam unam, omnium virtutum semina deposita & coadunata sunt: sicut autem fides, omnes alias virtutes, ut Deo placitè sint, debet præcedere *sive fide enim*, ut inquit Apost. *impossibile est placere DEO*: Ita exercitium & praxis

fidei, reliquarum virtutum actus, ut merito, & perfectione excrecant, præcedere, manuducere, & sublimare debet.

Quia igitur tanti momenti est, de quo agimus, exercitium, ut superius latè ostensum est, operæ præcipuum existimavimus, ad particularia descendendo, quasi oculis subicere, qualiter, tum in virtutibus interendis, tum eradendis vitij & passionibus, alijsque quæ in decursu vitæ hujus exortuntur occasionibus & exercitijs, vivæ fidei praxi, non sine magno fructu, uti possimus, & debeamus.

Inter virtutes potro, quia præcipue sunt tres istæ Theologicæ, *Fides, Spes, Caritas*, de ijs proximè agemus, ac in primis docebimus, qualiter fide fidem succedere, & magis, magisque augete debeamus.

CAPVT II.

Qualiter Fidei virtus continuo exercitio augenda, & confirmanda sit.

Fidei virtutem succedere, aut vivificare, nihil aliud est, quam offerentibus sese supernaturalibus divinorum mysteriorum arcibus, calligantem, & quasi natura sua reluctantem intellectum, diligenti promptitudine, & certitudine indubitata subdere, & captivare in obsequium fidei, & incomprehensibilis veritatis: mox in memoriam revocando Apostolicum istud: *O altitudo divitiarum sapientia & scientia, DEI: quam incomprehensibilia sunt judicia ejus & investigabiles viae ejus!* & quod ex Isaia adjungitur, *quis enim cognovit sensum Domini?* sicque admirari, & revereri debemus, articulos fidei nostræ: utpote, tam incomprehensibiles, & ineffabiles, sicut ipse DEVS hoster.

Illud quoque credendi difficultatibus objice, *noli altum sapere sed time: nam qui scrutator est* Prov. 25.

B 4 maje.

LESU
spirit.

Apoc. 1.

Rom. 2a

Isa. 40.